GRAMMATICA LATINA.

Authore *PATRICIO DYKES*, Perthensi.

Proclivius est in triplici jure Doctoris nomen, quam semel Grammatici boni titulum promeruisse. Erasm.

EDINBURGI,
Excudebat Hæres *Andreæ Anderson*,
Typographus Regius,
Anno Dom 1679

BRITISH MUSEUM

Illuſtriſſimo ac verè nobili Domino *ALEXANDRO MORAVIÆ* Comiti, *Duni* & *Abernethii* Domino. *Emmerneſſiæ* Vice Comiti æquiſſimo, Taichiæ Seneſcallo integerrimo, auguſtiſſimi *Britanniarum*, &c. Monarchiæ Conſiliario intimo. Mæcenati ſuo Plurimùm colendo.

Quinq; jam ſunt anni (prælustris Comes) poſtquam hanc Grammaticam diſcipulis in auditorio meo prælegi: quam doctiſſimi quiq; laudant, alii, minime a naturâ aut diſciplinâ ad aſſentandum facti, non admirant, ſoli rudes & imperiti novitatis me incuſant; neſcientes ſe hoc pacto, Grammaticorum clariſſimis, Melanthoni, Ramo, Linacro, Deſpautrio, Vallæ, Lilio, Voſſio, & doctiſſimo Humio noſtro, (ex quorum fontibus hanc hauſi, & quos ſolos Patronos habeo,) eandem dicam impingere, inſignemq; eorum Doctrinam ac Authoritatem, velut religione quâdam in hæc uſq; tempora munitam, per meum latus ſauciare, vel ſaltem per cuniculos oppugnare. Homines itaq; iſtos mali commatis, ignari vulgi facilitati obrepentes, nihil moror, nec laudibus ipſorum inhians, nec criminationes extimeſcens, dummodo tu, quem ſolum in oculis fero (vir clariſſime) opellam hanc qualemcunq; illuſtri tuâ gratiâ complectaris, & patrocinio tuo (cui eam animitus commendo) fovendam ac protegendam ſuſcipere digneris. Mortalium quidem qui uſpiam ſunt, ingratiſſimus & eſſem & audirem, ſi te operis hujus qualiſcunq; expertem eſſe finerem, nec in Amplitudinis tuæ

tuæ sinum deponerem. Cum enim in præteriti temporis redeo memoriam, & quam multis nominibus tibi sum devinctus sæpe inde mecum reputare soleo, speciatim vero (ut cætera impræsentiarum silentii sipparo involvam) quod me meosq; hospitio arcis tuæ hic donaveris; & religiosâ quâdam observantiâ tibi obstrictum inter clientes & cultores tuos, deligere non sis dedignatus: tantis tuis erga me meritis luendis prorsus imparem me videns, cum omnia summa tibi debeam, imo vero quod vivo, libens ac merito rationibus tuis acceptum feram. Hoc tantum in votis habeo ut luculentiore aliquâ notâ & majoribus copiis, quàm levidensi hoc munusculo, & proletario fœtu gratum ac memorem animum postmodum testificare possim. Nunc vero (quod unicum possum) meipsum, qualis qualis sim, tibi devoveo, quem si alicujus pretii esse putas, peculio tuo ascribito. ut Deus opt. max. te Regi tuo, Patriæ, mihi & omnibus bonis conservet incolumem exoptat & precatur,

Ex Duno tuo
VIII. *Cal. Novemb.*
CIↃ. IↃC LXXIX. Clientelæ tuæ deditissimus,

PATRICIUS DYKES.

Pres-

Presbyterorum Synedrii Dunblanensis *Testimonium.*

POst quam subinde ac seriò Grammaticæ, ac præsertim Syntaxeos *Despauterianæ* lacunas secum pensitasset Magister *Patricius Dykes* Scholæ *Dunensis* Præfectus, vir doctus, cum à vitâ tum à famâ integerrimus, egregiam rei literariæ operam navatum iri existimavit, si quis ejusmodi Personæ capax, hoc est, Grammaticalis provinciæ rebus ac usui diu tritus, tantam in se susciperet molem, ut dignum hâc patellâ operculum dispiceret, & improbo labore inveniret. Longum fuit Authori, utpote viro modestissimo, apud se cum præsumptâ opinione diffidentiæ certamen antequam huic operi manum admovit, tandem (verecundiâ expugnatâ) labantem animum impulit hæc cogitatio, quod hinc sperabat eventuram bonæ copiæ facultatem quâ utilem aliquam ac fidelem operam Patriæ præstaret; cui quod hactenus nihil in commune contulisset præter vota, vita fuit minus jucunda & amabilis: alacris ergo hoc oneris tollere decrevit, quò ipsius labor atq; industria pervenire posset ad uberiorem frugem studiosæ juventutis, cujus commodum omnibus vel maximè optimis honorariis, multis parasangis se prætulisse non paucis argumentis fidem fecit. Plures jam elapsi sunt anni postquam telam hanc pertexuit Author, camq; intra privatos Scholæ suæ parietes non sine magno fructu discipulis suis explicabat, quam terebant ac recensebant illi, antequam è domesticâ custodiâ prodiit eruditum illud Grammaticæ monumentum, quod sæculo imputavit Magister *Jacobus Kirkwodus* vir perspicacis ac subacti ingenii

genii; à quo cùm in quibusdam dissideret, nec per omnia arrideret methodus, visum est blandis amicorum imperiis opusculum hoc ad incudem revocatum typis mandare: Quamvis autem pararium minimè desideret hic fœtus (suis satis ornatus virtutibus) quia tamen ipsius parens non nævo aliquo, sed totus penitus notus, in rem suam fore existimavit, si nostro consilio & testimonij authoritate niteretur; honestæ ejus voluntati morem gerendum & pudori hactenus consulendum putavimus, ut primos ei aditus ad Grammaticorum, aliorumq; virorum doctorum fores præmuniremus. Recensuimus itaq; hæc linguæ Latinæ præcepta, quæ omnibus numeris absoluta, mirâ brevitate & perspicuitate, optimâq; methodo disposita esse non, nisi præjudiciis abrepti, inficias ire possumus: & quod caput est, exhibetur hic Syntaxeos (quæ in re Grammatica familiam ducit) structura, omnium locupletissima eademq; & luculentissima: suppletas hîc omnes lacunas repurgatas mendas, quibus pleraq; hoc genus opera scatebant videre est: tantâ luce collustrantur omnia quantâ nusquam alibi. Regulæ singulæ exemplis usq; non proletariis, sed gnomis & apophthegmatis ex optimorum Poetarum, Oratorum, & Historicorum myrothecio depromptis elucidantur; quibus velut in rem præsentem lector deducitur; & quod admirationem auget hæc omnia in tam parvæ molis fasciculo. Non debet autem Authori fraudi esse quod diversam aliquando viam à *Delphauterio* insistat, ad averruncandam enim novitatis invidiam, hoc satis esse potest, quod ubiq; *Delphauterii* premit vestigia, & ipsissima ejus verba in metricis ferè semper retinet, nisi ubi gravissimis rationum momentis impulsus dissidere ac seorsim sentire cogitur; rem ipsam, Authorem vide, amice lector! Volve, revolve, invenies dictis data supperetere. Si quis objiciat, nos extra Territorium nostrum jus dicere & alieno in foro versari, fatemur; & idcirco nobis impune non pareri scimus: si quis in diversam à nobis eat sententiam, non commovemur, liberum cuiq; esto judicium; Interim tamen ab æquis rerum æstimatoribus

ribus plausum sperare, audere, imo debere hunc tractatum, sub cujus disciplinâ pueritiam Scoticam adolescere permagni interesse putamus. Cujus Testimonii sponsores (nos Synedrii *Dunblanensis* Presbyteri) damus has tabellas.

Gaspar Kellie, Decanus.
Jacobus Donaldsonus, Synedrii *Dunblanensis* Moderator.
Joannes Edmondstonus.
Georgius Schaw.
Thomas Forresterus.
Daniel Boill.
Gulielmus Wemyss.
Robertus Kirk, Rector *de Balquidder.*
Jacobus Menzies.
Alexander Keith.
Alexander Williamson.
Robertus Junius.

RUDIMENTA.

LITERÆ ſunt quatuor & viginti, *a, b, c, d, e, f, g, i, j, k, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, u, v, x, y, z.* *a, e, i, o, u, y.* dicuntur vocales; reliquæ conſonantes. æ, œ, au & eu vocantur diphthongi.

Ex literis fiunt ſyllabæ: Ex ſyllabis dictiones; ex dictionibus oratio.

Partes orationis ſunt declinabiles & indeclinabiles. Declinabiles ſunt Nomen, Pronomen, Verbum, & Participium.

Nomen declinatur per genera, caſus & numeros. Genera ſunt tria, Maſculinum, fœmininum & neutrum. Caſus ſunt ſex, Nominativus, Genitivus, Dativus, Accuſativus, Vocativus & Ablativus.

Numeri ſunt duo, ſingularis & pluralis. Declinationes ſunt quinque.

Decl.

	Decl. Prima.		Decl. 2.	Decl. 3.	Decl. 4.	Decl. 5.
Sing.	N. Penna,	a pen.	Liber.	Sermo.	Fructus.	Res.
	G. Pennæ,	of a pen.	Libri.	Sermonis.	Fructûs.	Rei.
	D. Pennæ,	to a pen.	Libro.	Sermoni.	Fructui.	Rei.
	A. Pennam,	a pen.	Librum.	Sermonem.	Fructum.	Rem.
	V. Penna,	o pen.	Liber.	Sermo.	Fructus.	Res.
	A. Pennâ,	with, from, in or by a pen.	Libro.	Sermone.	Fructu.	Re.
Plur.	N. Pennæ,	pens.	Libri.	Sermones.	Fructûs.	Res,
	G. Pennarum,	of pens.	Librorum.	Sermonum.	Fructuum.	Rerum.
	D. Pennis,	to pens.	Libris.	Sermonibus.	Fructibus.	Rebus.
	A. Pennas,	pens.	Libros.	Sermones.	Fructûs.	Res.
	V. Pennæ,	O pens.	Libri.	Sermones.	Fructûs.	Res.
	A. Pennis,	with, from, in or by pens.	Libris.	Sermonibus.	Fructibus.	Rebus.

Rudiments.

Nomina

Nomina neutri generis habent Nominat. Accusativum & vocativum similes in utroque numero, sed in plurali, desinunt in *a*, ut scamnum, scamna. Nomen secundæ declinationis in *us*, mutat *us* in *e* in vocativo, ut ventus, vente.

Adjectiva tertiæ, declinationis habent in Ablativo *e*, vel *i*, ut Felix, felice vel felici.

Nomen tertiæ declinationis in *e*, habet in ablativo *i*, ut sedile sedili.

Cum ablativus tertiæ est in *i*, genitivus pluralis definit in ium, ut sedili sedilium.

Adjectiva sunt primæ vel secundæ decl. simul, ut bonus, bona, bonum, ater, atra, atrum, vel sunt tertiæ tantum, ut felix.

PRonomen declinatur per genera, casus, & numeros, & significat personam certam. Et sunt ego, tu, sui, hic, ille, ipse, iste, is, meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras, cujas, cujus, quis & qui omnia carent vocativo præter tu, noster, nostras, & meus, quod sæpius facit mi quam meus.

Declinatur sic.

S. N. ego. G. mei. D. mihi. Ac. me. Ab. me. P. N. nos. G. nostrum vel nostri. D. nobis. Ac nos. Ab. nobis.

S. N. tu. G. tui. D. tibi. Ac. te. V. tu. Ab. te. P. N. vos. G. vestrum vel vestri. D vobis. Ac. vos. V. vos. Ab. vobis.

S. & P. G. sui. D. sibi. Ac. se. Ab. se. cætera desunt.

S. N. ille, illa, illud. G. illius. D. illi. } reliqui casus
S. N. ipse, ipsa, ipsum. G. ipsius. D. ipsi. } declinantur
S. N. iste, ista, istud. G. istius. D. isti. } ut adjectiva
S. N. is, ea, id. G. ejus. D. ei. P. N. ei vel ii. D. & Ab. eis vel iis. } primæ & secundæ declinationis, ut & meus, tuus, suus, noster & vester. Nostras vestras & cujâs ut felix. Cujus, cuja, cujum habet in S. Ab. cujâ. Cætera vix sunt in usu. S. N. hic, hæc, hoc. G. hujus, D. huic. Ac. hunc, hanc, hoc. Ab. hoc, hâc, hoc. P. N. hi, hæ, hæc, G. horum, harum, horum. D. his. Ac. hos, has, hæc. Ab. his.

Sing.

Sing. N. quis, quæ, quod vel quid. G. cujus. D. cui. Ac. quem, quam, quod vel quid. V. deeſt. Abl. quo, quâ, quo. Plur. N. qui, quæ, quæ. G. quorum, quarum, quorum. D. queis, vel quibus. A. quos, quas, quæ. V. deeſt. A. queis vel quibus.

Qui, quæ, quod ſimiliter declinantur.

Perſonæ, ſunt tres, ego & nos primæ ſunt perſonæ. Tu & vos ſecundæ ille & reliquæ omnes voces ſunt tertiæ.

In declinatione nominum hic præponitur maſculini generis nomini, Hæc fœminini, hoc neutri.

VErbum declinatur per modos, tempora, perſonas & numeros.

Modi, ſunt, Indicativus; Subjunctivus, Imperativus & Infinitivus.

Tempora ſunt Præſens; Imperfectum, Perfectum, Pluſquamperfectum, & Futurum.

Verbum eſt Activum, quod fere deſinit in *o.* vel Paſſivum, quod deſinit in *or.*

Conjugationes ſunt quatuor.

Prima Conjugatio Activa.

Ind. pr. ego amo, *I love.* Tu amas, *thou loveſt.* Ille amat, *he loveth.* Nos amamus, *we love.* Vos amatis, *ye love.* Illi amant, *they love.*

Imp. amabam, *I was loving.* Amabas, *thou was loving.* Amabat, *he was loving.* Amabamus, *we were loveing.* Amabatis, *ye were loving.* Amabant, *they were loving.*

Perf. amavi, *I have loved.* Amaviſti, *thou haſt loved.* Amavit, *he hath loved.* Amavimus, *we have loved.* Amaviſtis, *ye have loved.* Amaverunt vel amavere, *they have loved.*

Pluſq. amaveram, *I had loved.* Amaveras, *thou haſt loved.* Amaverat, *he had loved.* Amaveramus, *we had loved.* Amaveratis, *ye had loved.* Amaverant, *they had loved.*

Fut. amabo, *I ſhall or I will love.* Amabis, *thou ſhalt or wilt love.* Amabit, *he ſhall or will love.* Amabimus, *we ſhall or will love.* Amabitis, *ye ſhall or will love.* Amabunt, *they ſhall or will love.*

Sub. pr. ſi amem, *If I love.* Ames, amet, amemus, ametis, ament.

Imp. ſi amarem, *If I were loving.* Amares, amaret, amaremus, amaretis, amarent.

Perf. amaverim, amaveris, amaverit, amaverimus, amaveritis, amaverint.

Pluſq. amaviſſem, amaviſſes, amaviſſet, amaviſſemus, amaviſſetis, amaviſſent.

Fut. amavero, amaveris, amaverit, amaverimus, amaveritis, amaverint.

Imperat. ama vel amato tu, *love thou.* Amato ille, *let him love.* Amate vel amatote vos, *love ye.* Amanto illi, *let them love.*

Inf. pr. & Imp. amare, *to love.* Perf. & Pluſq. amaviſſe, *to have or had loved.* Supinum amatum, *to love.* Fut. amaturum eſſe, *to love hereafter.* Gerundia amandum, *to love.* Amandi, *of loving.* Amando,, *in loving.* Participium præſentis temporis. Amans, *loving.* Part. futuri temporis. Amaturus, *to love hereafter.*

Secunda Conjugatio Activa.

Ind. pr. doceo, doces, docet, docemus, docetis, docent.

Imp. docebam, *&c.* Perf. docui, docuiſti, *&c.*

Fut. docebo, docebis, *&c.*

Sub. pr. doceam, doceas, *&c.* Imp. docerem, doceres, *&c.*

Imperat. doce vel doceto, doceto, docete vel docetote, docento.

Inf. pr. & Imper. docere. Perf. & Pluſq. docuiſſe. Sup. doctum.

Ger. docendum, *&c.* Part. pr. docens.

Tertia Conjugatio Activa.

Ind. pr. lego, legis, legit, legimus, legitis, legunt. Imp. legebam, *&c.* Perf. legi, *&c.* Fut. legam, leges, leget, legemus,

legemus, legetis, legent. Sub. pr. legam, legas, legat, *&c.*

Imp. legerem. *&c.* Imperat. lege vel legito, legito, legite vel legitote, legunto. Infinit. pr. & imp. legere.

Per. & Pluſq. legiſſe. Sup. lectum. Ger. legendum, *&c.* Part. pr. legens.

Quarta Conjugatio Activa.

Ind. pr. Audio, audis, audit, audimus, auditis, audiunt.

Imp. audiebam, audiebas. Perf. audivi, *&c.* Fut. audiam, audies, *&c.*

Sub. pr. audiam, audias, *&c.* Imp. audirem, *&c.*

Imperat. audi vel audito, audito, audite vel auditote, audiunto.

Inf. pr. & imp. audire. Perf. & Pluſq. audiviſſe. Sup. auditum.

Ger. audiendum, *&c.* Part. pr. audiens.

Sum ſubſtantivum ſic Conjugatur.

Indic. pr. Sum, es, eſt, ſumus, eſtis, ſunt. Imp. eram, eras, *&c.* P. fui, fuiſti, *&c.* Fut. ero, eris, erit, erimus, eritis, erunt.

Sub. pr. ſim, ſis, ſit, ſimus, ſitis, ſint. Imp. eſſem, eſſes, *&c.*

Imp. es vel eſto, eſto, eſte vel eſtote, ſunto.

Inf. pr. & Imp. eſſe. Per. & Pluſq. Fuiſſe. Fut. futurum eſſe.

Part. pr. ens. Fut. futurus. Cætera deſunt.

Prima Conjugatio Paſſiva.

Ind. pr. amor. *I am loved.* Amaris vel amare, *thou art loved.* Amatur, *he is loved.* Amamur, *we are loved.* Amamini, *ye are loved.* Amantur, *they are loved.*

Imp. amabar, *I was loved.* Amabaris vel amabare, amabatur, amabamur, amabamini, amabantur.

Perf. amatus ſum vel fui, *I have been loved.* Amatus es vel fuiſti, amatus eſt vel fuit, amati ſumus, *&c.*

Pluſ.

Plusq. amatus eram vel fueram, *I had been loved, &c.*

Fut. amabor, *I shall or will be loved.* Amaberis vel amabere, amabitur, amabimur, amabimini, amabuntur.

Sub. pr. si amer, *If I am loved.* Ameris vel amere, ametur, amemur, amemini, amentur.

Imp. si amarer, *If I were loved.* Amareris vel amarere, amaretur, amaremur, amaremini, amarentur.

Perf. si amatus sim vel fuerim, *If I have been loved, &c.*

Plusq. si amatus essem vel fuissem, *If I had been loved, &c.*

Fut. si amatus ero vel fuero, *If I shall or will be loved, &c.*

Imperat. amare vel amator tu, *be thou loved.* Amator ille, *let him be loved.* Amamini vos, *be ye loved.* Amantor illi, *let them be loved.*

Inf. pr. & Imp. amari, *to be loved.* Perf. & Plusq. amatum esse vel fuisse, *to have or had been loved.* Fut. Amatum iri, *to be loved hereafter.* Ger. amandum, *&c.* Sup. amatu, *to be loved.* Participium præteriti temporis amatus, *loved.* Fut. amandus, *to be loved hereafter.*

Secunda Conjugatio Passiva.

Ind. pr. doceor, doceris vel docere, docetur, docemur, docemini, docentur.

Imp. docebar, *&c.* Perf. doctus sum vel fui, *&c.* Fut. docebar, docebaris, *&c.* [illegible]

Sub. pr. docear, docearis vel doceare, doceatur, doceamur, doceamini, doceantur.

Imp. docerer, *&c.*

Imperat. docere vel docetor, docetor, docemini, docentor.

Inf. pr. & Imp. doceri, *&c.*

Tertia Conjugatio Passiva.

Ind. pr. legor, legeris vel legere, legitur, legimur, legimini, leguntur.

Imp.

Imp. legebar, &c. Perf. lectus ſum, &c. Fut. legar, legeris vel legere, &c.

Sub. pr. legar, legaris, &c. Imp. legerer, &c.

Imp. legere vel legitor, legitor, legimini, leguntor.

Inf. pr. & Imp. legi, &c.

Quarta Conjugatio Paſſiva.

Ind. pr. audior, audiris vel audire, auditur, audimur, audimini, audiuntur.

Imp. audiebar, &c. Per. auditus ſum. Fut. audiar, audieris, &c.

Subj. pr. audiar, audiaris, &c. Imp. audirer, &c.

Imperat. audire vel auditor, auditor, audimini, audiuntor.

Inf. pr. & Imp. audiri.

Verba anomala irregulariter ſic Conjuganter.

Fero Tertiæ Conjug.

Ind. pr. fero, fers, fert, fertis. Perf. tuli, &c. Subj. Imp. ferrem ferres, &c.

Imper. fer vel ferto, ferto, ferte vel fertote. Inf. pr. & Imp. ferre, ſup. latum.

Volo Tertiæ.

Ind. pr. Volo, vis, vult, volumus, vultis. Perf. volui, &c. Sub. pr. velim, velis, &c. Imp. vellem velles, &c. Inf. pr. & Imp. velle.

Imperat. ſup. ger. deſunt.

Nolo Tertiæ.

Ind. pr. nolo, nonvis, nonvult, nolumus, nonvultis. Subj. pr. nolim, &c. Imp. nollem, &c.

Imperat. noli vel nolito, nolite vel nolitote, cætera deſunt. Inf. pr. & Imp. nolle. ſup. & ger. deſunt.

Fio partim Tertiæ partim Quartæ.

Ind. pr. fio, fis, &c. Perf. factus ſum, &c. Subj. Imp. fierem. Imperat. fito tu, &c. Inf. pr. & Imp. fieri. Ger. faciendum, &c.

Eo Quartæ.

Ind. pr. eo, is, eunt. Imp. ibam, *&c.* Perf. ivi, *&c.* Fut. ibo, *&c.* Subj. pr. eam, eas, *&c.* Imperat. eunto. Sup. itum. Ger. eundum, *&c.* par. pr. iens.

Queo similiter Conjugatur.

Feror Tertiæ.

Ind. pr. feror, ferris vel ferre, fertur. Subj. Imp. ferrer. Imp. ferre vel fertor, fertor. Inf. pr. & Imp. ferri.

GRammatica est ars recte loquendi & scribendi. Quatuor sunt ejus partes. Orthographia, Prosodia, Etymologia, & Syntaxis.

Etymologia accidentia vocum in oratione explicat. Partes orationis sunt octo, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, quæ declinabiles; Adverbium Præpositio, Interjectio & Conjunctio, quæ indeclinabiles dicuntur.

De Nomine.

Nomen flectitur per genera & casus sine tempore. Ejus accidentia sunt, *genus*, *numerus*, *casus*, *declinatio*, *comparatio*, *species & figura*.

Genus est discrimen Nominis secundum sexûs articulum, Principalia sunt *masculinum*, quod notatur articulo *hic*. *fœmininum* quod notatur articulo hæc; & *neutrum*, quod notatur articulo *hoc*. Minus principalia sunt, commune, quod aliquando notatur articulo *hic*, *hæc*, & *hoc*, & dicitur commune trium, aliquando *hic* & *hæc* sub unâ ter-

minatione & *hoc* ſub alterâ. Aliquando tantum articulo *hic* & *hæc* & dicitur commune duum. Dubium, quod fere ſemper notatur articulo *hic* aut *hæc*, idq; tuo arbi-
tra tu. Epicœnum, quod ſub uno articulo ſignificat & marem & fœminam, in nominibus quorum ſexus non facile dignoſcitur; & hujus articulus plerumq; ſequitur terminationem.

Numerus eſt diſtinctio unius & plurium; ſuntq; *ſingularis*, qui vulgo rem unam ſignificat & *pluralis*, qui vulgo plura.

Caſus eſt declinationis terminatio. Denominantur aliquando ab ordine, ut nominativus dicitur primus, *&c.* præter nominativum & vocativum, qui etiam recti dicuntur, reliqui vocantur obliqui.

Declinatio eſt variatio vocis in fine per caſus, ſuntq; quinq;.

Comparatio eſt adjectivorum per gradus variatio, ſuntq; tres. *Poſitivus* qui rem ſimpliciter ſignificat, *Comparativus* qui ſupra poſitivum ſignificat *magis*, & *Superlativus*, qui ſupra poſitivum ſignificat *valde*.

Species in quâlibet parte orationis eſt diſtinctio primitivi & derivativi.

Figura eſt ubiq; diſtinctio ſimplicis & compoſiti.

Diviſio Nominis.

Subſtantivum eſt *quod* verbo junctum perfectum ſenſum efficit, ut *præceptor docet.*

Adjectivum eſt quod ſine ſubſtantivo ſenſum non efficit, ut *doctus.*

Proprium eſt quod cuiq; ſuum eſt ejuſque quatuor ſunt ſpecies. 1. *Prænomen* quod honoris gratiâ præponitur ut *Marcus.* 2. *Nomen*, quod eſt ſingulorum proprium ut *Tullius.* 3. Cognomen quod eſt cognationis nomen, ut *Cicero.* 4. *Agnomen*, quod ab eventu fit ut *Ovidius* dictus eſt *Naſo à magnitudine Naſi.*

Appellativum eſt quod rem multis communem ſignificat, ut *homo.* Derivatur nomen 1. à *vomine* & dicitur *deno-*

denominativum, quod varium est *Diminutivum* quod diminutionem primitivi significat. Ut *corculum* à *cor Possessivum* ad quod spectat quippiam ut *Regius* à *Rex*.

Abstractum quod significat rei essentiam ut *justitia* à *justus*.

Patronymicum, quod propriè à patre, aliquando aliunde derivatur ejus terminationes sunt *des* masculini generis; *as*, *is* & *ne*, fœminini. Formantur à genitivo casu. Ut *Peleus*, *Pelei*, *Pelides*, *Mænetius*, *Menœtii*, *Mænetiades*. *Œta*, *Œæ*, *Œtias*. *Priamus*, *Priami*, *Priamides*. *Peleus*, *Pelei*, *Pelias*. *Priamus*, *Priami*, *Priamis*. *Æneas*, *Æneæ*, *Æneis*. *Nereus*, *Nerei*, *Nerine*. *Adrastus*, *Adrasti*, *Adrastine*. Datur & quinta terminatio sed rarior scilicet *Ion* ut *Japetion* ab *Japetus Japeti* est, Masculini.

2. à *pronomine* ut *ipsissimus* ab *ipse*.

3. à *verbo*, & dicitur *verbale* ut *lectio* à *lego*, *honorandus* ab *honoro*. Hoc nomen dicitur etiam *gerundivum*.

4. Ab *adverbio*. Ut *hodiernus* ab *hodie*.

5. à *præpositione* ut *superus* à *supra*.

Synonymum est cum diversæ voces idem significant, ut *Gladius*, *ensis*.

Homonymum est cum eadem vox diversa significat, ut *nepos*.

Collectivum quod significat multa in singlari numero ut *turba*.

Interrogativum quod quærit, ut *quot*?

Relativum quod aliquod præcedens respicit. ut *talis*

Infinitum quod rem indeterminatè significat, hujusmodi sunt voces interrogativæ cum non quærunt

Partitivum quod vel multa sigillatim significat ut *quisque* vel unum ex multis ut *alius*.

Gentile quod significat patriam ut *Scotus*.

Cardinale quo vulgo numeramus ut *duo*, *tres*,

Ordinale quo ordinem significamus: ut *Secundus*, *Tertius*.

Distributivum quod singulis multorum eundum numerum distribuit ut *singuli, bini.*

Multiplicativum quod multiplicationem significat ut *simplex.*

Temporale quod temporis spatium significat. Ut *bimus.*

De Pronomine.

PRonomen est pars *orationis* quæ pro nomine posita definitam significat personam.

Ejus accidentia sunt *genus, numerus, persona, casus, declinatio, species & figura.*

Divisio Pronominum.

Primitiva sunt *ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, quis & qui.*

Derivativa sunt *meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras, cujas* & *cujus*, quæ derivantur à genitivis primitivorum:

Demonstrativum est quod rem vel personam demonstrat, ut *ego, tu, sui.*

Relativum est quod rem vel personam prius dictam in memoriam revocat suntque *ille, ipse, iste, hic, is, qui, quæ*, aliquando etiam sunt demonstrativa.

Possessivum est quod rem tanquam possessam significat, ut *meus, tuus, suus, noster*, & *vester.*

Gentile est quod significat gentem ut, *nostras*, & *vestras.*

Interrogativum est quod quærit ut *quis, cujus*, & *cujas.*

Componuntur pronomina I. Inter se ut *ego, tu, sui*, cum *ipse*, per omnes casus. *Iste* & *ille* cum *hic*, ut *isthic, illic*, in nominativo, accusativo, & ablativo singulari, & in neutro nominativi & accusativi pluralis.

II. Cum nomine ut *hujus* & *ejus* cum genitivo *modi* ut *hujusmodi* : *ejusmodi.* Interdum interjectâ syllabicâ adjectione *ce*, ut *hujuscemodi, ejuscemodi.* Item *apse* pro *ipsâ*, cum ablativo *re* ut *reapse* pro *rei ipsâ.*

III. Cum.

III. Cum adverbio *ecce* ut *is* & *ille* in accuſativis utriuſque numeri, niſi in neutro, ut *eccum*, *eccam*, *eccos*, *eccas*, *ellum*, *ellam*, *ellos*, *ellas*.

IV. Cum conjunctione *ne* ut *hic*, in nominativo, accuſativo, & ablativo ſingulari, & in neutro nominativi & accuſativi, pluralis, ut *hiccine*.

V. Cum præpoſitione *cum* ut *mecum*, *tecum*, *ſecum*, *nobiſcum*, *vobiſcum*, *quicum* pro *quocum* & *quibuſcum*.

VI. Cum paræicis, id eſt ſyllabicis adjectionibus, *dem*, *met*, *te*, *ce*, *pte*, *tim*. Dem componitur cum *is* per omnes caſus, ut *idem*. *Met* cum *ego*, *tu*, *ſui*, per omnes caſus. *Te*. cum *tu* & *te*. *ce*. cum *hic*, & genitivo *ejus*. Pte cum ablativis *meâ*, *tuâ*, *ſuâ*, *noſtrâ* & *veſtrâ*. Et aliquando cum *meo*, *tuo*, *ſuo*, &c. *Tim* cum ablativis *meâ*, *tuâ*, *ſuâ*, &c.

Distributivum quod singulis multorum eundum numerum distribuit ut *singuli, bini.*

Multiplicativum quod multiplicationem significat ut *simplex.*

Temporale quod temporis spatium significat. Ut *bimus.*

De Pronomine.

PRonomen est pars *orationis* quæ pro nomine posita definitam significat personam.

Ejus accidentia sunt *genus, numerus, persona, casus, declinatio, species & figura.*

Divisio Pronominum.

Primitiva sunt *ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, quis & qui.*

Derivativa sunt *meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras, cujas & cujus,* quæ derivantur à genitivis primitivorum:

Demonstrativum est quod rem vel personam demonstrat, ut *ego, tu, sui.*

Relativum est quod rem vel personam prius dictam in memoriam revocat sunt que *ille, ipse, iste, hic, is, qui, quæ,* aliquando etiam sunt demonstrativa.

Possessivum est quod rem tanquam possessam significat, ut *meus, tuus, suus, noster, & vester.*

Gentile est quod significat gentem ut, *nostras, & vestras.*

Interrogativum est quod quærit ut *quis, cujus, & cujas.*

Componuntur pronomina I. inter se ut *ego, tu, sui,* cum *ipse,* per omnes casus. *Iste & ille* cum *hic,* ut *isthic, illic,* in nominativo, accusativo, & ablativo singulari, & in neutro nominativi & accusativi pluralis.

II. Cum nomine ut *hujus & ejus* cum genitivo *modi* ut *hujusmodi : ejusmodi.* Interdum interjectâ syllabicâ adjectione *ce,* ut *hujuscemodi, ejuscemodi.* Item *apse* pro *ipsâ,* cum ablativo *re* ut *reapse* pro *reipsâ.*

III. Cum.

III. Cum adverbio *ecce* ut *is* & *ille* in accuſativis utriuſque numeri, niſi in neutro, ut *eccum*, *eccam*, *eccos*, *eccas*, *ellum*, *ellam*, *ellos*, *ellas*.

IV. Cum conjunctione *ne* ut *hic*, in nominativo, accuſativo, & ablativo ſingulari, & in neutro nominativi & accuſativi, pluralis, ut *hiccine*.

V. Cum præpoſitione *cum* ut *mecum*, *tecum*, *ſecum*, *nobiſcum*, *vobiſcum*, *quicum* pro *quocum* & *quibuſcum*.

VI. Cum parelcis, id eſt ſyllabicis adjectionibus, *dem*, *met*, *te*, *ce*, *pte*, *tim*. Dem componitur cum *is* per omnes caſus, ut *idem*. *Met* cum *ego*, *tu*, *ſui*, per omnes caſus. *Te*. cum *tu* & *te*. *ce*. cum *hic*, & genitivo *ejus*. Pte cum ablativis *meâ*, *tuâ*, *ſuâ*, *noſtrâ* & *veſtrâ*. Et aliquando cum *meo*, *tuo*, *ſuo*, &c. *Tim* cum ablativis *meâ*, *tuâ*, *ſuâ*, &c.

De generibus nominum Regulæ generales.

MASCULEI generis maribus data nomina sunto.
Jupiter, Andreas, Eurus, Nilus, Leo, Rector.

Femellæ nomen dat fœmineum genus usq;.
Penthesilea, soror, queis junge *Leæna Minerva.*

Commune est (ut *bos*) sexum quod signat utrumq;
Nomen in um n utrum est; 1. hominum sed propria tolle.
Si sexus cerni nequeat, genus addito finis 2.
1. *Mancipium* 2. *Aquila.*

Est neutri generis fixum quod non variatur 1.
1. Ut *fas, a, b, c.* item voces materialiter sumptæ, id est sese non significantes, ut cum dico, *amo,* habet tres literas. Item verba aut adverbia pro nomine posita, ut *scire tuum, istud cras.*

Dat genus usq; sui finis, regni insulæ, & urbis
Nomen 1. in os, vel in us, vel in on ternæ, sibi vult hæc 2.
Hic *Pontus. Gadir* vult hæc. *Argos* sibi neutrum
I plurale dat hic. Dubii sunt *Lesbos, Abydos:*
1 *Gallia. Britannia Roma.* 2. *Tenedos, Ægyptus, Lacedæmon.*
3. *Gabii.*

Arboris hæc nomen 1. Dabit hic quod definit in ster 2.
Robur, acer, suberq; siler, thus, neutra, requirunt.
1. *Pyrus.* 2. *Pyraster.*

Est

Eſt omnis generis dans unum mobile finem 1.
Si duo ſint, prior eſt communis 2. Dummodo terni
Tum genus uſq; ſuum ſortitur quilibet horum 3.
1. *Audax.* 2. *Dulcis, dulce.* 3. *bonus, bona, bonum.*

Regulæ ſpeciales.

A ternæ neutrum eſt 1. A primæ fœmineum vult 2
Hadria maſculeo datur, atq; *cometa, planeta*
Maſculei generis ſunt raro *talpaq; dama*
1. *Poema.* 2. *penna.*

E, primæ dabit hæc 1. neutrum ſibi tertia poſcit 2.
1. *Epitome.* 2. *monile.*

O dabit hic 1. hæc dant do go 2. ſed maſcula ſunto
Ordo, udo, harpago, cudo. ſic *ligo.* ſed dubii ſunt
Arrhabo, cum *bubo, margo.* ſic *cardo, cupido*
Fœmineum eſt verbale in ſio 3. *pugio* tamen hic dat
Portio fœmineum dat, *perdu* & *ellio* 4. junge
Talio cum *ditio, conſortio.* ſic *caro* vult hæc
1. *Sermo.* 2 *formido, ſartago.* 3. *dictio.* 4. *perdu-ellio.*

Sunt neutri generis *e, l, t,* 1. tamen hæc dabit *halec*
Aut hoc. *ſol mugil* dant hic, ut *ſal,* quod & hoc vult
1. *lac, tribunal, caput.*

An. in. on maribus dantur 1. ſunt neutra ſecundæ 2.
Hic aut hæc *Python. Sindon* muliebris & *icon.*
Halcyonem dabis his, coujungi poſcit *Aedon.*
1. *Pæan. delphin, canon.* 2. *Ilion.*

En neutrum pono 1. mas eſt cum *pecline, lichen,*
Et *ren,* addito *hymen, atagen, ſplen,* junge, *lienem.*
1. *Flumen.*

Ar petit hoc 1. *ſalar* hic. hæc *haccar, lucar* aviſq;
1. *Calcar.*

Er petit hic 1. terræ quæ signant nomina fructum
Sunt neutri 2. (*cucumer* demes) queis adde *cadaver*,
Ver, *spinter*, *tuber* cum signat quemque tumorem:
uber, *iter*, *verber*. Dabit hic aut hæc tibi *linter*.
1. *Culter*. 2. *piper*.

Hic dat or 1. hæc *arbor*, cor neutrum *marmor*, & *æquor*.
1. *mæror*.

Hoc datur 1. hic *furfur* capiet, cum *vulture*, *turtur*.
1. *murmur*.

As primæ vult hic 1. As ternæ fœmineum vult 2.
1. *Tiaras*. 2. *pietas*.

Es fit fœmineum 1. *tudes* hic vult, *poples* & *ames*,
Pes, addes *paries*, *palmes*, cum *limite*, *stipes*,
Bes, *fomes*, *trames*, *termes* cum *gurgite*, *cespes*,
Conjuges *merges*, quibus addito plurima Græca 2.
Atque *dies* dubita. compostum masculeum vult 3.
Postulat *hippomanes* neutrum, simul *as*, *cacoethes*.
1. *Sedes*. 2. *magnes*, *liber*, *tapes*, *cometes*, *planetes*.
3. *meridies*.

IS, YS) muliebre dabit 1. sunt mascula *pistis*, & *axis*,
Glis, *callis*, *vermis*, *sotularis*, *acinacis*, *orbis*,
Et *cenchrys*, *vectis*, *postis*, cum *sanguine*, *fascis*,
Et *fustis*, *mensis*, *collis*, *caulis*, quoque *follis*,
Et *torris*, *cassis* pro reti, *pollis* & *ensis*,
Sic *delphis*, *cucumis*, *vomis*, compostaque ab *asse* 2.
Quæ signant menses 3. *sentis*, *lapis*, *unguis*, *aqualis*
Mugilis. In *nis* quod finit 4. sed tolle *tyrannis*
Raro fœminei *funis*, *elunis*, *cinis*, *anguis*,
Finis, cum *torquis*, *pulvis*, cum *corbe canalis*.
1. *Navis*, *chelys*. 2. *semis*. 3. *apritis*. 4. *panis*.

Masculeum dabit os 1. sunt neutra *chaos*, *melos*, *os*, *os*.
Dices hæc *arbos*, *cos*, *dos*, *eos*, *diametros*.
1. *Flos*.

Masculeum dat in *us*, vox quartæ 1. sive secundæ 2.

Fœ-

Fœmineum *domus* eſt, & *vannus*, *humus*, *colus*, *alvus*,
Et *tribus*, atque *manus*, ceu *porticus*, ac *acus*, *idus*.
Ficus pro fructu. Ac os in us mutantia Græca
Sapphirus, *nardus*, *coſtus*, *chryſtallus*, *eremus*,
Ex *odus* & *phthongus* compoſtum 3. *byſſus*, *abyſſus*,
Proq; rubo *batus*, *dialectus*, junge *papyrus*,
Antidotus, *balanus*, junge *arctus* ſi notet urſam.
Barbitus his addes, quod maſculeum quoque poſcit.
Carbaſus hic aut hæc., *groſſus*, *pharus*, ac *atomus* dant.
Pampinus, atque *penus*, *rubus*, & *ſpecus* atq; *Phaſelus*.
Hoc *pelagus*, *vulgus* dabit hic aut hoc, mage vult hoc.
Nomen in us terni flexus neutrum genus optat 4.
Dat *pecus* hæc *pecudis*, *virtus*, *ſubſcus*, *palus*, *incus*,
Adde *ſenectus* ac *ſervitus*, junge *juventus*.
Atque ſalus. At maſculeum dabit & *lepus*, & *mus*.
Et *pus* compoſtum 3. tu *grus* ſemper dubitabis.
Fœmineum genus hæ voces, *laus*, *frauſq;* requirunt.
1. *Fructus*. 2. *ventus*. 3. *ſynodus*, *diphthongus*. 4. *corpus*. 5. *tripus*.

Conſona cum præit S, vox fœmineum genus optat
Maſcula ſunt *pons*, *ſons*, *mons*, *gryps*, *ſeps* anguis *hydropſq;*
Denſq; *Chalybſque*, *merops*, *aſſis* cui jungito partes 2.
Hic aut hæc donat *frons*, *ſcrobs*, *ſtirps*, *truncus adepſq;*
1. *ars*. 2. *ſextans*.

Annotatio.

Hæc ſunt generis ſubſtantivorum ſubauditorum, *rudis* id eſt. Funis. *torrens* 1. amnis. *tridens* 1. ligo. *nefrens* 1. porcellus. *oriens* & *occidens* 1. ſol. *bipennis* 1. ſecuris.

Hæc petit X 1. ax. ex (niſi ſit monoſyllaba) vult hic 2.
Dic tamen hæc *fornax*, *ſimilax*, *carex*, velut *halex*,
Addatur *vibex*, cum *forfex*, atque *ſupellex*.
Hic aut hæc *cortex*, *imbrex ramexque*, *ſilexque*,
Pumex atq; *culex*, *limax*, *obicem* volo jungi.
Maſcula ſunt *fornix*, *phœnix*, cum *varice*, *maſtix*,

Et

Et *bombyx ſpadix*, & *oryx*, quodque *unguis* præbet 3.
Grex & *erix*, *ſandix*, *volvoxque*, *calixque*, *calyxque*,
Sed *natrix*, *lynx*, *calx*, & *onyx* ſemper dubitabis.
1. *Pax*. 2. *Thorax*. *pollex*. 3. *deunx*.

De declinatione nominum Regulæ Generales.

COmpoſitum & ſimplex pariter flecte *ers*, ut *inerſque*.
Demitur *exanguis*, demes compoſta *manuſque*.
Rectum in compoſitis integris tu modo flectes 1.
In *leopardus* & *alteruter* prior haud variatur.
Quintus par primo eſt 2. in neutris eſt quoque quartus 3;
Pluralis flecti ſi poſſunt A. capit uſque 4.
Pluralis terno ſimilis vult eſſe Latinus 5.
1. *Reſpublica*. 2. *pater*. 3. *ſcamnum*. 4. *ſcamna*. Nam *cete*, *tempe*, & hujuſmodi pluralia non declinantur.
5. *ventis*.

Regulæ ſpeciales.

Prima Declinatio.

PRima dat AS, ES, E rectis & A. Patrius æ vult,
Cum terno 1. E dabit es patrio, teſtatur id *Hebes*.
Hos ſolos caſus flectunt cum talibus *Adam*.
Aï dant patrio, ſimul As quandoque vetuſti 2.

Am

Am faciet quartus 3. finita per As vel A Græca
An quoque dant 4. en fiet ab Es & ab E, nec habent em 5.
S demunt ſemper quinto finita per As, Es 6.
A ſextus donat 7. tamen Es ac E retinent e, 8.
Primus pluralis fit in æ 9. genitivus in arum 10.
Tertius is poſcit 11. tamen abus multa requirunt.
Filia, mula, dea, liberta, equa, nata, dea, ambæ.
Accuſativus pluralis ſemper in as fit 12.

1. *Literæ.* 2. *pictai, familias.* 3. *literam.* 4. *Æneam* vel *Æneam* Sic *oſſam* vel *oſſan.* 5. *Anchiſes. Epitomen.* 6. *Æneæ. Anchiſe.* 7. *literâ.* 8. *Anchiſe. epitome.* 9. *literæ.* 10. *literarum.* 11. *literis.* 12. *literas.*

Secunda Declinatione.

ALtera flexio vult er, ir, um, vel ur, eus, os, us, ac on.
I patrius dat 1. nec creſcit 2. ſed creſcit ir, aut ur.
Nomen quod recto dat 3. in er voceſque ſequentes,
Presbyter, & *puer*, appellativum *liber*, *adulter*,
Atque *tener*, *liber* (niſi *codex* ſignificetur)
Atque *gener*, *proſper*, *miſer*, *exter*, *gibber*, *iberque*
Et *lacer* atq; *ſocer*, compoſita, *gero*, *fero* 4. *dexter*,
Ei vel ei vel eos dabit eus 5. raro dabit os o, 6.
unus, cum *ſolus*, *totuſque*. *aliuſq*; *uter*, *alter*,
ullus, dant ius patrio, dant I ſibi terno.
Caſibus his horum tu ſic muliebria flectes.
Neutrum *aliudq*; *alius* donat, ternus duo vult I.
Per normam veteres flexerunt hæc generalem.
Ternus cum ſexto dabit O 7. Eus elque requirit 8.
Um poſcit quartus 9. Quandoque per on loco Græca 10.
Eus ea vult eſſam 11 Per E quintus vertit *us* 12. auſer.
Filius o *fili*, *Deus* o *Deus* addito. Græca
S delent 13: in ius dempto us, dant Propria quintum 14.

Pri-

Primus pluralis fit in I 15. Genitivus in orum 16.
Græcus fiet in on 17. is tertius 18. os dato quarto 19.

1. *Libri.* 2. hoc est genitivus non habet plures syllabas nominativo. 3. *futuri, teviri.* 4. *lanigeri. significeri.* 5. *Orphei, Orphëi, Orpheos.* 6. *Atho.* 7. *Libro.* 8. *Orphei.* 9. *Librum.* 10. *Diphthongon.* 11. *Orphea.* 12. *Vente.* 13. *Orpheu.* 14. *Patrici.* Huc non pertinent *Delius, Cynthius,* & hujusmodi, quæ suâ naturâ non sunt propria, sed epitheta. 15. *Libri.* 16. *Librorum.* 17. *Cimmerion.* 18. *Libris.* 19. *Libros*

Tertia Declinatio.

UM nisi, eus, ac u, cunctos dat tertia fines.
IS vulgo patrium. Græcus tibi reddet os ac ûs.
Semper A mittit atis 1. Vertes E per is genitivo 2.
1. *Poematis.* 2. *Cubilis.*

Addito nis post O 1. dat inis muliebre do, go;
Queis addes *ardo*, cum *margo, cardo, cupido.*
Uneda vult onis, cum *tendo*, donat inisq;
Dant inis hæc, *turbo*, pro vento, *homo* jungito *Apollo.*
Enis habent *Anio, Nerio, caro* dat tibi *carnis.*
Cuncta per O patrio dant ûs muliebria Græca 3.
In reliquis O dant. Veteres flexere per onis
1. *Sermonis.* 2. *Formidinis sartaginis.* 3. *didus.*

IS jungunt C, D, L. 1. *luc, lactis,* Iis dato *mel, fel.*
N capit is 2. *Panos pan.* On quandoq; dat ontis 3.
Donat inis neutrum 4. & *pecten, flamen, cano* natum 5.
1. *halecis. Davidis vitligalis.* 2. *Titanis.* 3. *Phaetontis.*
4. *fluminis.* 5. *tibicinis.*

L R. capit is 1. *far* ris, *lar* tis, proprium maris, *hepar* *Hepatos* efficiet. cer mobile vertitur in cris 2.
Mobile ber bris dat 3. Junge *imber* compositumque 4.
In ter finitum, sibi tris vult omne Latinum 5.

Et

Et *patris*, & *mater*. *linter*. Dat eris. *later*, & *cor*
Cordis. *Iter tineris*. *Jovis* optat *Jupiter* usque.
Robur oris, *jecur*, atq; *femur* tibi *præbet*, *eburque*.
1. *Mœroris*. 2. *alacer*. 3. *salubris*. 4. *septembris*.
5. *fratris*.

AS interponit ti 1. *mas maris*, as dabit *assis*,
Hoc *vas vasis* habet. *vas* hic *vadis*. antis habento
Masculà Græca 2. volunt per adis non mascula poni 3.
1. *Pietatis*. 2. *Adamantis*. 3. *Decadis*.

Es mutabis in is 1. dant etis plurima Græca 2.
Multa etiam (ut Laches) dant *etis* & *is* genitivo.
Adde *quies*, *locuples*, *mansues*. Per etis *teges*, exit,
Et *segis*, *interpres*, *præpes*, *pariesque*, *abiesque*,
Indiges, atque *aries*, *perpes*, *teres*, ac *hebes* addo.
Exceptis *verres*, *vates*, nomen per itis fit
Communis generis non dictum sive marini 3.
Pesque pedis. Natum sedeo dat idis 4. volet edis
Hæres, ut *merces*. *Cereriſque Ceres* retinebit
Bes bessis facit. *æs æris*. *præs prædis* habebit.
1. *Sedis*. 2. *Lebetis*. 3. *Limitis*, *hospitis*. 4. *Præsidis*.

Is non mutatur 1. dant dis *cuspis*, *lapis*, atque
Promulsis, *promuscis*, pro galeâ addito *cassis*,
Cum multis Græcis 2. quorum quædam capiunt is 3.
Plurima Græca dabunt patrium per eos, per ios ve 4.
Entis habent quædam, ut *Simois*. *Charis* at *Charitis* dat
Quod dediter dat eris 5. Quod in N fuit ut prius esset 6.
Dis, *lis* dant itis, cum *amnis*. junge *quiritem*
Glis solum *gliris*. *semis semissis* habebit.
1. *Canis*. 2. *tyrannidis*. 3. *tigridis* vel *tigris*. 4. *hæresios* vel *hæresios*. 5. *cineris*. 6. *sanguinis*.

Os ti interponit 1. *glos*, *mos*, *flos*, *ros* facit oris,
Quod dat & or flectes veluti prius 2. *ossis os. oris*
Os faciem signans. *custos custodis* habebit.
Thos, *Minos*, *Heros*, *Ivos* ois. *bos bovis* optat.
1. *Cotis*. 2. *arbovis*.

Us

Us breve mittit oris 1. longat medius grædus oris 2.
Dant eris *hulcus*, *olus*, *vellus*, *Venus* & *genus*, atque
Viscus, *acus*, *fœdus*, *scelus*, & cum *pondere*, *vulnus*,
Munus, *onus*, *fidus*, *latus*, ac *opus*, & *vetus* adde,
Et *funus*, *rudus*, *glomus* at cum *pignore*, *fœnus*,
Dant eris, aut oris, at melius per oris fit utrumque.
Uris habet *tellus*, veluti monosyllaba 3. *grus*, *sus*,
Dant uis. *intercus*, dat uris. *liguris*, *ligus* optat.
Dat *pecus* hæc *pecudis*. Loca Græca feruntur in untis 4.
Pus ortim dat odis 5. *subjcus*, *incus*, *palus*, udis.
Utis fœmineum reliquum 6. *laus*, *frausq;* dat audis.

1. *Corporis*. 2. *doctoris*. 3. *puris*. 4. *Oppuntis*. 5. *tripodis*. 6. *virtutis*.

YS dat yos patrio 1. dare ydis quandoq; videbis 2.

1. *Chelyos*. 2. *chlamydis*.

M, B. P. si præit S dabit I medians genitivo 1.
E mutabis in I 2. (nisi sit monosyllaba) at *auceps*,
Aucupis. Addito *hyems*. Cipitis composita *caput* dant 3.
At patrium casum quædam aspirate videbis 4.

1. *Hyemis*. *Trabis*. *Stipis*. 2. *cœlibis*, *forcipis*. 3. *præcipitis*. 4. *Gryphis*.

Si ponas S post L, R, N, Dempto S, capiet tis 1.
Dis vult *glans*, *nefrens*, capitis *lens*, & folium *frons*,
Libriquepens addes. compositum *cor* capiet dis
Untis habento *quiens*; & *iens*, cum compositis: at
Ambio participans entis 3. *capitis caput* optat.

1. *Pultis*. *artis*. *dentis*. 2. *discordis*. 3. *ambientis*.

X in cis muto 1. aspirabit *onyx onychis* dans
Donabunt gis lex, *remex*, *grex*, *frux*, *aquilex*, *Rex*:
Cum Græcis 2. *conjunx* n tollens *conjugis* edit.
E mutabis in I (nisi sit monosyllaba) tolles
Myrmex, & *vervex*, *aquilex*, *halexq;* *resexq;*,
Atq; *lelex* addes. Ætilis optat habere *supellex*
Nix nivis, & *nox noctis*, habetq; *senex senis*, *usq;*,
At quondam *senecis*. Dant actis paucula Græca

1 Pa-

1. *Pacis.* 2. *Sphingis.* 3. *verticis.* 4. *Astyanactis.*

Tertius I præbet 1. Quartus fit in em tibi casus 2.
Im dat & im *turis, pelvis,* cum *clave, securis,*
Et *puppis; turris, vestis,* sic *febris, aqualis,*
Et *pestis, navis, torquis,* conjunge *bipennim.*
Im dant *vis, cucumis, ravis præsepis, amussis,*
Tussis, maguderis, tigris, sitis, atq; *mephitis,*
Ac *Araris, Tiberis, sabaris, sirtisq;* *Charybdis*
Multaq; Græca quibus rectus fit in is sed & in dant 3.
Hæc tria *Tros Minos Heros* quartum per A flectunt
Consona si præit is quæ crescunt nomina Græca
In quarto casu ferme A raro *em* capiunto 4.
Sed *Pan* & *Pæan Delphinq;* lego per a tantum.

1. *Præceptori.* 2. *præceptorem.* 3. hujusmodi fere sunt omnia mittentia genitivum in os purum (hoc est in os præcedente vocali) ut *Geneſim* vel *Geneſin.* 4. *Laidem* vel *Laida.*

S delet quinto Græcum nomen lege glossam 1.
1. huc spectant omnia masculina in as mittentia genitivum in antis ut *Calcha.* Item multa in is & ys quæ desinunt. Ut *Pari Capy.* Item quæ mittunt genitivum in dis ut *Amaryllidis.* Item quæ apud Græcos in dipthongum desinunt ut *Simoi Melampi.* a3

Sextus è donabit casus, *mucrone* probabit.
Al, vel ar, in neutris simul è dant I. Nisi *nectar;*
Sal, jubar, & *sar hepar.* E dat quandoq; Poeta 2.
Mensibus *i,* tantum est 3. ut queis dat quartus in aut im 4.
Ast *Araris* capit E. dant *i, mugil, strigilis, plus.*
Sæpius E donant tamen I quandoq; requirunt
Anguis, cum *funis, fastis, pugil,* & *vigil, imber,*
Unguis, avis, postis, vectis, cum *nepte, supellex.*
Atq; *trides, classis,* cum *civis,* & *amnis,* & ignis,
Sextus E donat & I, cum quartus in em vel im fit 5.
Mobile vult E vel I sexto 6. ramen excipiuntur
A pes compostum 7. *pauper, sospesq;, senexq;*

Queis

Queis addes *hoſpes*, cum *dives*, quæ capiunt E.
At *memor* & *par* mobile donant I tibi ſemper.
Participans quod non regitur, tibi ſæpius E dat 8.
I vel E dat verbale quod in trix finit ut *altrix*.
Mobile quod dedit E neutro, dabit I modo ſexto 9.
Attamen hoc raro dabit E pro more Poëtæ 10.

1. *Vectigali. Calcari. Cubili.* 2. Exiguam pleno de *mare* demit aquam. *Ovid.* Item hæc in E, *præneſte, præſepe, Gauſape, rete,* mittunt ablativum in E. quia deſinebant in is in nominativo 3. *Aprili.* 4. huc ſpectant quæ mittunt accuſativum in IM vel in In ſolum, & quæ non creſcunt in genitivo ut *Geneſis* non creſcens *Geneſim vis vi.* 5. *puppe* vel *puppi.* 6. *felice* vel *felici.* 7. *bipede.* 8. Ut Deo *volente.* 9. *dulci.* 10. *cæleſte* ſagittâ figar *Ovid.*

Rectus pluralis dabit es 1. ia dat, tibi neutrum
Quod dedit I ſexto 2. medius gradus excipiatur 3.
Vult ia *plus* raro. Nunquam *vetus.* effer *aplustra*
Vel *ſtria.* Crimpoſtum *corpus* dabit A tibi ſolum 4.

1. *Præceptores.* 2. *ſedilia. dulcia.* 3. *meliora.* 4. *tricorpora.*

UM vel IUM patrius donat. Sed Græca dabunt on 1.
Quod dedit I ſexto, formabit ium genitivo
Pluralis numeri 2. medius gradus excipiatur 3.
(*Plus* niſi) junge *vetus, ſupplex, complex, memor, uber, Mugilis* & *puber, ſtrigilis, compos, vigil, impos.*
Et *pugil,* addito *inops, conſors,* compoſtaq; *corpus.*
Et *genus* & *facio, capio, caput,* addere *poſſis* 4.
Quod dedit E tantum ſexto, dabit um genitivo 5.
As datium Latiale 6. magis polyſyllaba dant um.
Donat ium *dos, os, glis, faux, nix, nox,* quoq; *cor, lis,*
Et *crux, lar, mus, eos, ſamnis, caro, linter, uter, jus,*
Junge *cohorſq; paluſq; quiris,* compoſtaq; ab *aſſe* 8.
Addes nomen in NS 9. Sic monoſyllaba cuncta
Conſona bina tenet ſi finis 10. S quoque junge
Non creſcens patrio 11. Capito hinc *panis, juvenisq;*

Et

Et *volucris* fixum, junges *vates*, *canis*, illis
Aſt & ium ſimul orum interdum feſta requirunt 12.
Boſq; *boum* tibi dat. Varia plurialia ſola
Ad formam primi numeri, quem fingere debes.

1. *Epigrammaton.* 2. *cubilium. dulcium.* 3 *meliorum.* 4. *tricorporum. degenerum, artificum, participum, præcipitum.* 5. *mucronum.* 6. *vadium.* 7. *penatum.* 8. *ſemiſſium.* 9. *amantium.* 10. *artium.* 11. *jutium.* 12. *Bacchanaliorum* vel *Baechanalium.* Item *vulcanalia, Saturnalia,* & alia quæ uſus docebit. 13. *penatium.* quia ſi haberet ſingularem eſſet *penas.*

Tertius eſt in ibus 1. bos *bobus* [illegible].
Ma Græcum terno tibus aut tis, ſed mage tis dat 2.
1. *Præceptoribus.* 2. *epigrammatibus* ſed potius *epigrammatis.*

Accuſativus caſus communiter es dat 1.
Cum genitivus ium dat, quartus in eis quoq; fiet 2.
Eis vice nonnunquam capit is, 3. As quartus habebit
Cum caput A quartus Græcus, numeriq; prioris 4.
1. *Præceptores.* 2. *omnes* vel *omneis.* 3. *Omnis.* 4. *heroas.*

Annotatio de adjectivis carentibus neutro genere.

Nunquam pluralis numeri, raro iſta prioris
Neutrum donabunt, *pauper, ſoſpes, memor, uber,*
Degener, atq; *teres, dives, puberque, ſuperſtes,*
Artique ſex ales, compos, ſupplex, hebes, impos,
Intercus, præpes, locuples, vigil, boſpes, inopſque,
Atq; *ſenex, juvenis,* ſors plura legendo notabis.

Quarta declinatio.

US ſimul U, recto ſines dat flexio quarta,
US genitivus habet, 1. per uis flexa reverſi 2.
Tertius optat ui 3. quandoque per U quoque lectus 4.
Um retinet quartus 5. fit ſextus in U tibi caſus 6.

Um quarto, reliquis U casibus optat *Jesus*.
Primus pluralis cum quarto semper in ûs fit 7.
Dat genitivus uum 8. per ibus tibi tertius exit 9.
Dant ubus. *artus, acus, ficus, tribus,* & *lacus, arcus,*
Et *specus,* atq; *veru, partus, quercus,* quoq; *portus,*
1. *Fructus.* 2. ejus *anuis* causâ. Ter. 3. *fructui.*
4. *metu.* Virg. 5. *fructum.* 6. *fructu.* 7. *fructus.*
8. *fructum.* 9. *fructibus.*

Quinta declinatio.

Quinta dat es recto duntaxat flexio finem.
Rectus utriusvis numeri, quartusque per es fit
Pluralisquintæ 1. dempta S capit I genitivus
Cum dandi casu. Quartus volet em. dabo sexto
E bene. Vult erum patrius. Vult tertius ebus.
1. *Dies, diei, diem, die; dierum, diebus.*

De nominum comparatione.

De formatione comparativi & superlativi gradus.
Dat formam medio gradui, primus positivi
Casus in i, tamen or conjungi postulat usque.
Dat quoque supremo, cui junges S simus aptè 2.
Si positivus in er fuerit, rimus additur illi 3.
1. *Docti doctior. Dulci dulcior.* 2. *Docti doctissimus*
dulci dulcissimus. 3. *saluber saluberrimus.*

De comparativo & superlativo irregulari.

At *bonus* & *melior* dat & *optimus.* & *malus* optat
Pessimus & *pejor. Parvus minor* ac *minimus* dat.
Maximus & *major magnus.* Dat *plurimus* & *plus,*
In neutro *multus,* sed *plus* plurale dat omne.
Hæc *facilis, gracilisq; agilis, similisq; humilisq;*

Dan

Dant limus is dempto. A *vetus* eſtq; *veterrimus* apte
Exoptantq; gradus a priſcis vocibus ex ens.
Finita in dicus, & ficus, & volus & loquus 1. atqui
Mirificus dat *mirificiſſimus*. *Inferus* autem
Infimus ac *imus*. *Superus ſum muſque ſupremus*,
Poſterus & *poſtremus*. *Maturus* rimus optat 2.
Vel ſimus. At *dexter*, *citer*, atq; *ſiniſter* habebunt
Hæc timus. Adde *exter*, quod & *extremus* tibi donat.
Nequior & *nequam nequiſſimus* optat habere.
1. *Maledicus. maleficus. benevolus. magniloquus.* 2. a
matur.

De poſitivo carentibus.

Deterior deterrimus, hæcque carent poſitivo
Intimus interior, *citimus cite-ſic-rior* adde 1.
Ultimus ulterior, *prior* & *primus*, *propiorque*
Proximus. *Ocyor* atque *ocyſſimus* adjiciatur.
1. *Citerior.*

De comparativo carentibus.

His aliiſque gradum medium tibi deeſſe videbis:
Ut *novus*, *invitus*, *falſus*, *diverſus*, *apricus*,
Invictus, *bellus*, *fidus*, *mutus*, *merituſque*.

De ſuperlativo carentibus.

Hæc ſuperante carent *juvenis* quod *junior* optat
Atque *ſenex*, *dives*, *ſatur*, *ingens*, ac *adoleſcens*,
Proximus his addes, ſors plura legendo notabis

De carentibus poſitivo & ſuperlativo.

Anterior ſolum eſt. huic junge *licentior* aptè.

De iis quæ non comparantur.

Us ſi vocalis præcat nunquam gradus adſit.
Strenuus, *aſſiduus*, ſic *arduus* excipiatur.
Nec comparantur deſinentia in *nduus*, *timus*, *tinus*, nec

adjectiva quorum significatio non potest augeri vel minui. In his supplebitur comparativus per *magis*. Et superlativus per *valde* vel *maxime*. Etiam Comparabilia quandoque recipiunt hæc adverbia.

De anomalis Nominibus.

De Heterogeneis id est quę variant genus, In singulari masculina in plurali neutra.

MAscula sunt primo numero sunt neutra secundo *Mænala, taygetus*, cum *Tartara, Dindyma, Avernus, Massica, Pangea, Ismara, Tænara, Gargara* junge.

In singulari Masculina, in plurali etiam neutra.

Mascula sunt primo, plurali sunt quoq; neutra. *Sibilus*, atque *jocus*, conjunges his *locus* aptè.

In singulari fœminina, in plurali neutra.

Fœminei generis sunt primo, neutra secundo *Carbasus* adjunges huic *Pergamus*, atque *supellex*.

In singulari neutra, in plurali masculina.

Mascula plurali numero, sunt neutra priore *Porrum*, cum *cœlum*, quibus aptè jungitur *Argos*.

In singulari neutra, in pluralia masculina & neutra.

Plurali numero sunt mascula, neutrave, primo

Neu-

Neutra volunt. *frænum, filum, rastrumque, capistrum,*
In singulari neutrum, in plurali omne.
Est primo numero neutrum *plus*, omne secundo.

De Heteroclitis id est quæ variant declinationem.

Vas vasis terni flexûs, plurale secundi est,
Jugerum habet flexûm numero præeunte secundum,
Jugeris in patrio, poscit quoque *Jugere* sexto
Plurali tantum numero sit *jugera* terni.

De iis quæ irregulariter formant obliquos.

Anormes servant genitivos nomina multa
Hujusmodi sunt *Jupiter, Sanguis, Anio, supellex*, &c.

De iis quæ irregulariter quosdam casus formant.

Ambo, duo neutri generis sunt masculeique
Mas o vel os quartus donat, vult tertius obus.

De Heterogenetis & Heteroclitis simul.

Hoc *epulum* primo flectes, *epulæque* secundo.
Fœmineum dat. *delicium* sic flectere debes.
Balnea dat neutrum, vel *æ* pluraliter optat
Fœmineum, prior um neutrum tantummodo poscit.

De defectivis id est quibus aliquid deest.

De indeclinabilibus.

Nomen in U nullum numero variabo priore 1.
Neutro nomen in I 2. neutro numeralia 3. deme
Millia, tres, unus 4. *duo*, sic compostaq; *centum* 5.
Hæc non flexa manent *virus, pondo, nihil, hir, fas*
Et *nequam, tot, quot, git, subtal, cæpe. necesse,*
Presto, epos, & *nugas, frit, damnas*, barbara junge 6.

Literulas etiam 7. Voces quoq; materiales.
Quando neceſſe nótat conjunges his *opus* apte.
1. *Cornu.* 2. *ſinapi.* 3. *quatuor*, & reliquæ voces cardinalis numeri. 4. *unus* convenit cum vocibus tantum pluralis numeri. 5. *ducenti.* 6. *Job.* & aliæ quæ nec ſunt Græcæ nec Latinæ. 7. *a. b. c.*

De quibuſdam caſibus carentibus, aut paucos habentibus.

Dant patrium *nauci*: atq; *dicis*, dat *ſuppetiæq;*
Suppetias, tantum *inficias* quartum *inciquetas* dat.
Sextum *ergo ingratis* 1. primum quartum *volupe*, *iuſtar*
O *macte* & *macti.* quartum *dica* donat utrumq;
Expes dat primum, & quintum, *tabi* dato *tabo.*
Et *chaos*, atq; *melos* ſextum capiunto prioris.
Spontis ſponte leges, dat & *impetis impete* junge.
Impetibus. poſcit *repetundarum repetundis.*
Tantundem ſolum *tantidem* debet habere.
Gratis gratе leges, *grates* pluraliter edit.
Dic *ſors ſorte*, *lueſq;* *laemq;* *lue*, & *ſpecus* optat.
Conſimiles caſus. Variabo *pedumq;* *pedo* dans
Pluſq; caret terno, quinto ſimul, atq; *veru* non
Vult *veruum.* *Cæter* nuſquam tu dicere debes.
Viſq; caret terno, *vires* pluraliter edit.
Hæc careant recto *precis*, atq; *opis auxilium* ſi
Signet. vix donant *ſemen*, & ſignans *ſolium frons*,
Frux, *ditio*, *daps*, *nex*, *verber*, ſed *verbere* donat
Verbera, *verberibus*, poſcitq; *ambage* priore,
Plurali numero *ambages*, *ambagibus* optat.
Tu *vicis*, atq; *vicem vice* flecte *vices vicibuſq*,
In ſexto *cujâ*, dat *cujus*, *tujaq;*, *cujum.*
Hæc ſolum ſextum formant *noctuq;* *diuq;*
Juſſu, *permiſſu*, *natu*, *promptuq;* *rogatu*
Atq; *aſtu.* Quarti flexûs voces ſimileſq; 2.
Plurali numero cum ſexto tertius abſit
Et patrius quintæ; *res*, atq; *dies* capis inde

Hos

Hos casus nec habent *morum, far, defruta, mulsum*
Æs, mare, melq; sorum, queis *hordea* jungitur apte.
Osq; oris faciens. Quædam quandoq; reservant.
Quærens, distribuens, infinitumq;, negansq;,
Et referens, vocitante carent 3. pronomen ut omne
Quatuor exceptis *noster, nostras, meus* & *tu.*

1. Pro *ingratiis.* 2. *accitu. Objectu.* 3. *quis, singuli, quidam, nullus, qui.*

De carentibus plurali in genere.

Propria plurali (nisi sint pluralia tantum)
Nomina cuncta carent 1. raro plurale tenebunt
Res mensuratæ 2. Quæ terræ nomina fructum
Signant 3. abstractum des his quodcunq; vocatur 4.

1. *Jacobus. Roma.* 2. *lac.* 3. *triticum, piper.* 4. *pietas.*

Masculina raro aut nunquam pluralia.

Hæc raro numero potientur pauca secundo
Sol, carcer, pulvis, ros, mundus, fabrica rerum.
Vix unquam *vesper, pontus, mundus* muliebris.
Sic *æther, sanguis, nemo, limus, sopor* adde
Et *pudor*, atq; *fimus, viscus, penus*, orta *diesq;* 1.

1. Ut *meridies.*

Fœminina raro aut nunquam pluralia.

Hæc muliebria perraro pluralia sunto
Gloria, lux, soboles, fuga, cum *prosapia, gaza.*
Talio, cum *pestis*, junge his *contagio culpa*
Vitaq; mors, labes, cum *pax* conjungere possis.
Vix unquam *proles, tellus, pituita, salusq;*
Fama, fames, pubes, plebs, tussis, bilis, humusq;

Junge

Junge *ſitis*, *tabes*, cumq; *indole*, & omnia quintæ
Tolles *reſq;* *dies*, *acies*, *facies*, *ſpecies*, *ſpes*.

Neutra raro aut nunquam plu-ralia.

Raro pluralem donant *ævumq;* *ſolumq;*.
Vix unquam *pelagus*, *barathrum*, *viſcum*, *nihilum*, *ver*.
Lethum, *juſtitium*, *ſel*, *cænum*, *vulgus*, & *halec*.
Et *jubar*, atq; *penum*, ſic *vitrum*, *faſcinum* & *album*,
Adde *gelu*, atq; *ſalum*, *nitrumq;* *lutumq;* *macellum*
Hilum, *ebur*, & *gluten*, *virus*, *pus*, *ſalq;* *neſaſq;*.

De carentibus ſingulari in genere.

Diſtribuens numerus, cuiq; eſſa cardine nomen
Cum ludis, feſtis, ſemper præunte carebunt 1.
Nomina quæ ſignant artes, urbeſq; libroſq;
Tantum pluralem nu n rum peræpe requirunt 2.

1. *Singuli*, *quatuor*, *Circenſes*. *Bacchanalia*. 2. *Logica*, *Philippi*, *Chronica*.

Maſculina raro aut nunquam ſingularia.

Hæc raro primo porientur maſcula *ſentes*,
Annales, *lumbi*, cum *cælitibus*, *lemureſq;*,
Vepres, *carceribus* *gemini*, ſic *liberi* & *artus*,
Atq; *ſales*, *caſſes*, *loculi*, *procereſq;*, *lareſq;*,
Vix unquam *cani*, *natales* ſanguinis ortus.
Cancelli, *faſti*, *manes*, *ſuperi*, *inferi*, & *antes*,
Atq; *loci* ſignans uterum, ſic *codiquecilli*,
Primoreſq; *fori*, *faſces*, ſignum imperiale
Menſes profluvium, cum *furfuribus* capitis, ſic
Ambo, *pugilares*, *loculi*, marſupia ſignans.

Fœminina raro aut nunquam singularia.

Hæc raro primum donant multi bria, Parcæ,
Crates, *ambages*, *sortes*, *offuciæ*, & *Apes*,
Sordes, *blanditiæ*, *grossiq*; *facetiæ*, *habenæ*,
Fauces, atq; *fores*, *inimicitiæq*; *genæq*;
Copiæ, & *illecebræ*, *salebræ*, *ceremoniæ*. & adde,
Literæ, & *argutiæ*, cum *compedibus*, *decimæq*;,
Scalæ, *præstigiæ*, *paleæq*; *minutiæ*, & *ædes*,
Reliquiæq; *nuces*, *bigæ*, *trigæ*, atq; *quadrigæ*.
Hæ nunquam *divæ*, *valvæ*, *scopæ*, *insidiæq*;,
Antiæ, & *exuviæ*, *gerræ*, *induviæ*, *exuviæq*;,
Feriæ, & *exequiæ*, *moneq*; *iduſq*; *calendæ*,
Divitiæq; *plagæ*, pro reti, *vindiciæq*;,
Addito *opes*, *apinæ*, *tricæq*; *manubiæ*, & *antæ*,
Arq; *minæ*, *cunæ*, *lactes*, *nugæ*, *tenebræq*;,
Nuniæ, & *inferiæ*, *partes* si factio signet,
Primæ, cum sociis 1. *clitellæ*, *quisquiliæq*;,
Nuptiæ, & *oreæ* itemq; *stativæ*, *primitiæq*;
Virgiliæ jungis, *fortunæ*, *induciæ*, itemq;
Adde *facultates*, pro divitiis. *Phaleræq*;,
Proq; viris *operæ*, *thermæ*, conjunge *salinæ*,
Cum *vigilis* 2. partûs si sit membrana *secundæ*.

1. *Secundæ*, *tertiæ*. 2. *vigiliis*.

Neutra raro aut nunquam singularia.

Raro dant numerum primum hæc pluralia neutra,
Pascua, cum *genitalibus*, atq; *mapalia*, *serta*,
Ilia, sic *oblivia*,
Vixu quam *sponsalia*, *rostraq*; pulpita signans,
Et *multicia* item, *bellaria*, *munia*, *justa*,
Mœnia, cum *fibris*, *vinacia*, *compita*, *tesqua*,
Cum *natalitiis*, *nutricia*, *lustra*, *ferarum*,

Acta,

Acta, cibaria, & adversaria, lautia, scruta,
Arma, crepundia, item *cunabula, præbia, castra,*
His *cacoethe* addes, *cete, tempeq; meleq;,*
Exta, stativa, ocularia, sic *magalia* flecte,
Conventum signans *comitia,* cum *paraphernis,*
Et cum *lamentis, subsellia,* jungito *fraga;*

De abundantibus id est quæ multifariam efferuntur.

De substantivis terminatione abundantibus.

Dant varios fines sub eodem significatu.
Nomina fixa, frequens quæ lectio rite docebit 1.
1. *Oda, ode, amaritia, amaritudo, amaror, amarities.*

De adjectivis terminatione abundantibus.

Is quoq: dant *alacerq; celer, celeberq; saluber.*

De adjectivis terminatione & declinatione abundantibus.

Is vel us in recto fines dant nomina quædam
Orta *jugum, frænum, nervus, clivusq; bacillus*
Arma, animus, somnus 1. Vix fœmineum genus, A dat 2.
1. *Bijugus* vel *bijugis,* &c. 2. Vix dicimus *bijuga, &c. in fœmininis.*

De declinatione abundantibus.

Primum seu ternum 1. flexum dant nomina quædam,
Græca per es primæ queis aptè jungito *Paschæ.*
Nomina pauca dabunt vel ternum sive secundum.
Orta a pus Græco 2. cui jungas rite *sequester*
Multa tibi flexum dant quartum, sive secundum.

U

Ut *ficus*, *laurus*, *colus*, & *quercus*, *domus*, atq;
Pinus, cum *cornus*, *ſpecus*, & *penus*, eſt quoq; terni.
Flexum dant ternum, quintumq; *fames*, *requieſq;* 3.

1. *Oreſtes* vel *Oreſtis*. 2. *Polypus*. 3. *ficus* pro morbo non huc ſpectat.

Laurus habet in genitivo *lauri* & *laurus*, in ablativo *lauro* vel *lauru*.
In accuſativo plurali lauros, & laurus. Cæteri caſus ſunt ſecundæ
Colus in genitivo *coli* & *colus*, in ablativo *colo* & *colu*. Cæteri ſunt ſecundæ. Quercus in genitivo *querci* & *quercus*, & in genitivo plurali *quercorum* & *quercuum*, cæteri ſunt quartæ.
Pinus & cornus habent caſus in U. & in US in plurali. Cæteros habent e ſecundâ. *Domo* in dativo raro eſt, *dome* in vocativo, *domu* in ablativo, *domi* vel *domis*, pluraliter non dicitur juxta vulgarem verſiculum.

Tolle me, mu, mi, mis, ſi declinare *domus* vis.

Specus & *penus* habent ablativos quartæ, quatenus ſunt
Dubii generis. *Fame* eſt ablativus quintæ, quia producit me.

De caſu abundantibus in eadem declinatione.

Multiplicem caſum nonnunquam vox eadem dat.
Ut *Chremes Chremetis* vel *Chremis*. *Paris Paridis*, & *Paris*.
Paridem, *Parida*, *Parim*, & *Parin*. *Dies*, *diei*, *die*, *dij*, & *dies*, in genit.

Appendix de quis *&* qui *in compoſitis.*

Ec, ne, alius, num, ſi, depoſcunt quis ſibi ſubdi 1.

Et

Et qua volunt non quæ 2. ſed ſi ſimul ec dat utrumq;
Fœmineo generi recti numeriq; prioris 3.
Poſt quis, nam que, piam, non qui, tu pone putas, quam 1.
Dam, vis, cunq; libet, non quis, ſed qui ſibi ſubdet 5.
Nec qua volunt, ſed quæ, quoties reperitur utrumq; 6.
Quiſquis habet quicquid, quoquo, quâquâ ſimul, atqui
Vix alias voces donat, quis pro quis habetur
Utimur in ſexto tantum quâ ſimplice caſu 7.

1. *Ecquis, aliquis*, &c. 2. *Aliqua* non *aliquæ*, &c. 3. *Ecqua ecquæ, ſiqua ſiquæ*. 4. *Quiſnam*, &c. Non *quinam*, &c. 5. *Quidam*, &c. Non *quiſdam*, &c. 6. *Quædam* non *quadam* niſi in ablativo ſingulari. 7. hoc ſolenne eſt comicis.

DE VERBO.

VErbum eſt pars orationis quæ modis & temporibus declinatur.

Ejus accidentia ſunt genus, modus tempus, perſona numerus, conjugatio ſpecies & figura.

Genus oſtendit verbi ſignificationem.

Modus eſt diverſa inclinatio animi, variis rationibus ejus affectûs indicans, ſuntque quatuor, Indicativus, Imperativus, Subjunctivus, & infinitivus, tres priores dicuntur finiti, poſtremus infinitus.

Indicativus eſt quo ſimpliciter aliquid indicamus aut interrogamus.

Subjunctivus eſt qui ſubjungitur alteri verbo, alioqui ſententiam non abſolvit, & dicitur Optativus quando cum eo optamus, aut Potentialis, cum exponitur per verbum poſſum aut debeo, aut Permiſſivus cum ſignificatur aliquid permitti.

Imperativus, eſt quo imperamus, aut precamur.

Infinitivus eſt qui non definit certam perſonam aut numerum.

Tem-

Tempus est discrimen actionis secundum præsens, prius, & posterius, suntque quinque.

Præsens, quo actio nunc fieri indicatur.

Imperfectum, significat rem cœptam sed non perfectam.

Perfectum, sive Præteritum, significat rem completam.

Plusquamperfectum, significat rem perfectam, actam ante aliam.

Futurum significat rem gerendam in futuro. Futurum Indicativi dicitur imperfectum, Subjunctivi vero perfectum.

OBSERVATIO.

Imperativus unicum habet tempus, caretque primâ personâ utriusque numeri.

Verba in OR carent præteritis, & temporibus ab eo formatis, sed supplentur per participium præteriti temporis & verbum sum vel fui. Et præteritum impersonalium in tur, suppletur per supinum prius & verbum *est*. Futurum Infinitivi in activâ voce, suppletur per participium futuri temporis in *rus* & verbum *esse* aut raro *ire*. Futurum infinitivi in verbis in *or*, per supinum prius & verbum *iri*.

Conjugatio est verbi variatio per modos, tempora & personas.

Characteristicon primæ conjugationis est a ante re in Infinitivo activo. In secundâ *e* longum. In tertiâ *e* breve, in quartâ I.

Prima vox verbi dicitur thema vel positio, quòd ab eo formentur reliquæ voces.

Tempora omnium verborum derivantur, à primâ & secundâ personâ singularis Indicativi, & in primâ præteriti.

A primâ præsentis, fit præsens subjunctivi, in primâ & secundâ conjugatione, ab eâdem fiunt futurum indicativi, & præsens subjunctivi, in tertiâ & quartâ. Exceptis

iis

iis quæ fiunt a primâ præteriti, omnia reliqua tempora fiunt a secundâ præsentis Indicativi.

Prima præteriti Indicativi, fit a secundâ præsentis, & hinc fiunt pluſquamperfectum Indicativi, præteritum, pluſquamperfectum & futurum Subjunctivi, perfectum & pluſquamperfectum Infinitivi, hinc verſus.

Præteritum verbi de ſe dat tempora quinque.
Ram, rim, ſem, ro, ſe, formabit cætera præſens.

SEcundæ perſonæ ſingularis fiunt à primis, ſed ſecunda vox (cum quâ tertia coincidit) ſecundæ perſonæ imperativi fit a tertia ſingularis præſentis Indicativi.

Tertiæ perſonæ ſingularis, fiunt a ſecundis, ſed tertia præteriti Indicativi fit à primâ.

Primæ pluralis, fiunt à tertiis ſingularis.

Secundæ pluralis fiunt à ſecundis ſingularis.

Tertiæ pluralis fiunt à tertiis ſingularis, ſed tertia præteriti Indicativi, fit a primâ ſingulari. In tertiâ & quartâ conjugatione, tertia preſentis Indicativi fit a prima ſingulari, & tertia futuri indicativi in primâ & ſecundâ conjugatione fit a primâ ſingulari, & tertia pluralis imperativi fit a tertiâ pluralis præſentis Indicativi. Perſonæ paſſivæ vocis formantur ab iiſdem perſonis activæ vocis.

Gerundia & ſupina dicuntur participalia, quod ſint participiis, quam verbis ſimiliora, variantur tantum caſibus. Gerundia habent omnes caſus præter vocativum, & fiunt ab imperfecto Indicativi.

Supinum in um habet nominativum & accuſativum, fitque a præterito.

Supinum in U, habet dativum contractum, fitque a ſupino in UM.

DIVISIO VERBORUM.

Activum est quod significat actionem transeuntem, & desinit in O, & addito R fit passivum ut *amo*.

Passivum est quod significat passionem, & in OR desinit, & auferendo R fit rursum activum ut *amor*.

Neutrum est quod significat vel actionem absolutam, ut *sto*, vel passionem ut *caleſco*, & in O desinit.

Neutrum passivum est quod in O desinit, & passivè significat, quæ hoc versu continentur.

Passive significant sub O, *vapulo*, *væneo*, *fio*-
Exulo, cum *nubo*, *liceo*, queis *pendeo* junge.

Neutrum passivum, est quod in O desinit, haberque passivum præterituu solum, ut *ſolito* vel activum & passivum simul ut *placet*.

Deponens est quod significat vel actionem transeuntem ut *loquor*, vel absolutam ut *Philoſophor* & in or desinit.

Commune est quod significat & actionem, & passionem, sed vix hodie passionem significat nisi in participiis, & desinit in OR quæ hoc versu continentur.

Hæc & plura leges communia *largior*, *hortor*,
Oſculor, *experior*, *ſtipulor*, *moror*, *hoſpitor*, atque
Criminor, *amplector*, *veneror* cum *dignor*, *adulor*.
Obliviſcor eis *interpretor*, addito *ſolor*.

Substantivum est quod aliis verbis substat in conjugando vel resolvendo, estque solum *sum*.

Vocativum est quod per rei nomen proprium vel commune determinatur. Ut *vocor*, *ſalutor*.

Transitivum est quod habet actionem transeuntem.

Intransitivum sive absolutum est quod per se sensum absolvit,

Personale est quod conjugatur per tres distinctas personas.

Impersonale est quod conjugatur tantum per tertias singularis.

Ver-

Verbum exceptæ actionis eſt cujus actus Deo vel naturæ tribuitur. Ut *pluit.*

Primitivum quod ab alio non derivatur ut *lego.*

Derivativum eſt quod aliunde originem habet Idque vel a nomine, ut *frumentor.* vel ab adverbio ut *craſtino*, vel a præpoſitione ut *ſupero.* vel a verbo quod eſt varium, ut

Incœptivum quod inchoationem fere ſignificat & deſinit in ſco, ut *ardeſco*, ſi a verbo derivetur fit a ſecundâ præſentis Indicativi ſed irregulare eſt *hiſco* pro hiaſco.

Exercitativum quod conatum ſignificat, deſinit in ſſo ut *faceſſo*, fit a ſecunda præſentis Indicativi ſed irregulare eſt *viſo* pro videſſo.

Deſideratívum quod deſiderium ſignificat, deſinit in rio, & fit a ſupino in U, ut *dicturio*

Diminutivum quod diminutionem ſignificat, deſinit in illo, vel iſſo, ut *jorbillo*, *pitiſſo*, nec certam habet ſignificationem.

Apparativum quod eſt affine diminutivo) deſinit in ico, ut *vellico*, & fit a ſecundâ præſentis Indicativi.

Imitativum quod imitationem ſignificat, deſinit rarius in iſſo, ut *patriſſo*, frequentius vero in or, ut *vulpinor* fitq; a nomine.

Frequentativum quod ſignificat frequentem actionem, deſinit in *to*, *ſo*, *xo*, *or*, ut *dicto*, *pulſo*, *nexo*, *amplexor*, hæc in or fiunt a primitivis in or, derivantur a ſupino in U, ſed atq; mutatur in ito breve, hinc excipiuntur *nato* a no quærito a quæro, *fundito*, a fundo, *fluito* a fluo, *ſector* a ſequor, *loquitor* a loquor, *pavito* a paveo, *ſcitor* a ſcio, *agito* ab ago, *noſcito* a noſco, &c. Et forſan plura.

Defrequentativum quod a frequentivo fit, ut *lectito* a lecto, quorum primitiva parum ſunt in uſu.

Quædam compoſita fiunt a ſimplicibus obſoletis, ut *defendo* a fendo, *adſpicio* a ſpecio, *impedio* a pedio, *deleo* a leo.

Compoſita interdum mutant ſimplicis genus tantum ut

ſacro,

sacro, execror. Interdum conjugationem tantum ut *facio magnifico.* Interdum & genus & conjugationem ut *sperno aspernor.*

De Præteritis & supinis Verborum. Regulæ Generales.

COmpositum simplexque modo flectuntur eodem 1.
Et si præteritum simplex geminet, tamen ejus
Compositum geminare nequit 2. sed tollitur inde.
Ex *do, sto,* natum *disco, poscoq;, repungo* 3.
Compositum verbi *curro* per præposituras
Pro, præ, de simul *ex,* nonnunquam tu geminabis 4.
At raro aut nunquam geminabis cætera *curro* 5.
Principium ullius nunquam duplicabo supini 6.
A præsentis in I mutatum vult e supino 7.
Hinc demes finitum in do, go, compositumque
Ex *habeo, sapio, salio, statuo placeoque* 8.
Quæ mutant e per i, dant præterito atq; supino
E tantum 9. sed compositum *teneo, tinui* dat 10.
I *cædo, lædo, quæro,* donabit utrique 11.
A quod mutat in e, tantum e donabit utrique 12.
Si sit A præsenti, non desinit esse supino 13.
Præteritis quæcunque carent spoliabo supinis 14.
Mutuo verba dabunt ejusdem significati 15.

1. *Lego, legi, lectum. Perlego, perlegi, perlectum.* 2. *Mordeo momordi, remordeo remordi.* 3. *Do dedi, pessundo pessundedi. Sto steti, asto astiti, disco, didici, edisco edidici, posco poposci, reposco repoposci,* & solum *repungo* geminatur, faciens *repupugi,* cætera à *pungo* non geminant. 4. *Procurro, præcurro, decurro, excurro,* 5. *Incurro, incurri.* 6. *Curro cursum,* non *cucursum,* 7. *Facio, afficio affectum.* 8. *Cædo, occido occasum,*

pango compingo compactum. Habeo prohibeo prohibitum. Sapio desipio, desipitum. Salio, insilio insultum. Statuo instituo institutum. Placeo, displiceo displicitum. 9. *Emo redimo redemi redemptum.* 10. *Detineo detinui.* 11. *Occido occisi occisum. Illido illisi illisum. Inquiro inquisivi inquisitum.* 12. *Scando, ascendo ascendi ascensum.* 13. *Facio factum.* 14. *polleo.* 15. *polleo* habet *valui.*

Prima Conjugatio.

AVi præterito dat Prima, *atumq;* supino 1.
Excipe *do, dedit*, atque *datum*. Faciensque *steti sto*
Cujus compositum *stitit* atq; *stitum* 2. simul *atum*,
Resto, cum *præsto*, raro inveniuntur habere.
Dono *juvo juvi*, tu nunquam dicito *jutum*,
Adjutum semper, *juvo* dat quandoq; *juvatum*
Dono *lavo, lavi, lotum, lautumque, lavatum*,
Poto potatum raro, sed vult mage *potum*.
Dant *ui itumq; domo, cubo*, cum *sono*, junge *vetoque*
Et *crepo* compositum normam quoq; *discrepo* servat.
Et *tonni tonitum tono* dat. Poscitque *tonatum*
Vultque *mico micui* tantum. Normam quoq; poscit
Dimico. dat *secui sectum seco*. vult *frico frictum*
Et *fricui*. Quandoque dabunt composita *fricatum*.
A *neco* compositum *necui, ctum, perneco* testis.
Con, in, ad ex, composita *plico* cum præposituris.
Nunc *ui itumq;* dabunt, nunc formant *avit* & *atum* 3.
Sed composita *plico* tantum *avi* cætera poscunt 4.
Et *lavo*, cum *nexo*, nil inveniuntur habere

1. *Amo.* 2. *insto.* 3. *complico, implico, applico, explico.* 4. *replico, duplico.*

Secunda

Secunda Conjugatio.

ALtera præterito dat *ui* dat *itumq*; ſupino 1. 1. *ut habeo.*

Præterito *jubeo juſſi juſſumq*; ſupino;
Sorbeo pſi vel ui, dat itum vix ptum dabit aptè.

Miſceo dat *mixtum*, vel *ſtum*. *Doctum doceo* dat.
Mulceo dat *ſi ſum*, vel *ctum*. Vult *luceo luxi*
Nil dat præterea, tamen hinc *polluceo ctum* dat,
Compoſitum *taceo* nullum formato ſupinum 1.
Ut *conticeo.*

Ardeo, cum *videt*, *ſuadet ſi ſum* fine *d* dant.
Dant *di ſum prandet*, *videt*, *& ſedet*, at geminabit.
S *ſeſſum*. *Stridet ſtridi* facit abſque ſupino.
Di *ſum* præterito geminato *mordeo* donat,
Ut *pendet*, *ſpondet*, *tondet* 1. ſed *nideo* nil dat.
Hæc ſeptem ſine *d*, gaudent formare ſupinum.
1. *Momordi*, &c. *Spondeo ſpopondi* non *ſpoſpondi.*

Mulgeo ſi ctum vult. *ſi tum*que *indulgeo* poſcit,
Lugeo vult *luxi luctum*. Sic *augeo* flectes.
Tergeo ſi, *ſum* dat, *friget*, *xi*, tolle ſupinum.
Quatuor hæc *urget*, cum *fulget*, *turget*, & *alget*,
Dant *ſi* præterito, ſed deficiente ſupino.

Dant *vi tum delet*, *flet*, ſic compoſta *pleo* dant 1.
Ortum *olet* olfacio ſignans, dat *ui*, dat *itumq*;
Dat *vi tum creſco* ſignans 3. Sed demito *adultum*
Ex *adolet*. *Pollet* nullum tibi præteritum dat,
1. *Impleo*. 2. *oboleo*. 3. *exoleo.*

Dat *timeo timui*. *Mineo minui*, nihil ultra.
Dat *teneo tentum*. *Neo vi tum*. *ſi maneo ſum*.
Compoſtum mutans aper I, *minui* abſque ſupino 1.
1. *emineo.*

Dat *liqueo licui tantum*. Vult *torqueo, si tum*.
Torreo dat *tostum*. *Haereo* & *haesi, sum, glabreo* nil.

Denseo præterito careat, vult *censeo censum*:
Compositum *lateo* nullum formato supinum 1.
1. *Deliteo*.

In *veo* quod finit *vi tum* 1. *cautum caveo* dat:
Et *saveo fautum*. *Veo* neutra carento supinis 2.
Connivet vi, xiq; dabit, *vi* sæpius optat.
Præterea nil vult. *aquavet* nil poscit habere.
Ferveo præteritum vult mutuo *ferbeo* verbi 3.
1. *Foveo*. 2. *paveo*. 3. *ferbui*.

Vult *cieo civi* atq; *citum*. *Viet evit* & *itum*

Appendix de neutris.

Quod dat *ui* neutrum nullum formato supinum 1.
Tolle *careo, caleo, cualet, doleo, jaceoq;*,
Pareo, oleo, noceo, placeo, valeo, liceoq;,
Et *mereo, lateo*, dant hæc normam generalem.
Præterea *cassum careo* vult rite supino.
1. *Tumeo*.

Tertia Conjugatio.

Bo *bi tumq;* facit 1. *scabo, lambo*, carento supinis.
Ut *cubo* hic proles 2. dant *scribo, nubo*q; *psi ptum*.
1. *Bibo*. 2. *occumbo*.

N mota *ci ctum vinco* dat, *dicoq; xi ctum*.
Ut *duco, parco fsumq;, pepercit itumq;*,
Ico ci ctum vult. Verbum quod definit in *sco*

In *vi tum* mutat 1. ſed *paſco* dat tibi *paſtum*,
Agnoſco, *cognoſco* dabis per *itum*, nihil autem.
Gliſco dabit, velut inceptiva 2. aſt ritè requirunt
Mutuò præterire a patribus 3. *poſcoq*; *popoſci*.
Compeſcit, *diſpeſcit ui*, *diſco didiciq*;.
Hæc per *itum* flectes ſi reddant ulla ſupina.
Conquiqueniſco 4. dabit *conquexi*, aſt abſq; ſupino.

1. *Creſco.* 2. *hiſco.* 3. *caleſco calui caleo.* 4. *conquiniſco.*

Do verte in *di ſum* 1. *cecidi cædo*. Tolle ſupinum
Ortis 2. quod ſervat *recido*, ſimul *occido*. *paſſum*
Et *panſum pando* donat. *ſum ſtum comedo* dat.
Præteritum geminant hæc *pedo pepedit itumq*;
Cædo cecidit habet ſic *pendo pependit* & in *ſum*.
Fiet utrumq; quibus per *trudo* eſt, dans quq; *tentum*.
Tundo facit *tutudi*, donant compoſitaq; *tuſum* 3.
Scindo ſcidi ſciſſum, dat *findo fidi* quoq; *fiſſum*,
Et *fundo ſudi ſuſum*, *ludo* dabo *luſi*.
Divido, ſic *vado*, *rado*, cen *lædere*, *trudo*.
Et *rodo*, *plaudo*, *claudo*, *cedo*, geminans *S*.
Quod *do* componit *didit* atq; *ditum* dabit uſq; 4.
Præterea *abſcondo* normam poſcit generalem
Sido præteritum neſcit. ſed nata cooptant.
A *ſedeo ſedi* 5. *rudo*, *ſtridoq* carento ſupinis.

1. *Scando.* 2. *incido.* 3. *contundo.* 4. *abdo.* 5. *confido.*

Go vel *Guo xi ctumq*; dabit 1. *go ſurgoq*; , *pergo*,
In *rexi rectum* mutant, tamen iſta ſupinis.
N tollunt *pingo*, *ſtringo*, quibus addito *fingo*.
Vult *frango fregi fractum*. *Tango tetigiq*;.
Tactum. Vult *pango pepigi panxi* quoq; *pactum*.
At compoſita volunt *pegi* tantum 2. *lego legi*.
Diligo xi ſibi vult, *intelligo*, *negligo* junge,
Dat *pungo pupugi*, *punxi*, compoſitaq; *xi* dant 3.
Tolle *repungo* tamen, poſcunt *xum figere*, *frigo*.
In *ſi ſum* mutant *go ſpargo*, *mergere*, *tergo*.

Egit ago. At *fatago*, cum *prodigo*, *dego*, ſupinum
Non dant, quels addes *ango*, cum *clangere*, *ningit*,
Ambigo 1. Illdonat, cui *vergo* jungere debes.
1. *Affligo*, *diſtinguo*. 2. *compingo*. 3. *impungo*.

Dono *veho vexi vectum*. *Traxi traho tractum*.
Mejo facit *minxi mictum*, olim *mingo* ferebant
Lo dat *ui*. *Colo conſulo*, & *occulo*, dantur in *ultum*.
Donat *ui* per *itum molo*, ſic *alo* quod dat & *altum*.
Compoſitum *cello celſum* 1. ſed ab *ante* ſupinum.
Non vult 2. *perculſum percello perculit optat* 3.
Fallo ſefellit habet *falſum*. Tamen abſq; ſupino
Dono *refello*, *volo*, *pſallo pſalli* bene jungo.
Sallo facit *ſalli*, *ſaltum*. *Pepuli* dato *pulſum*.
Pello. Dat *velli*, & *vulſi*, *vulſum* bene *vello*
Tollo ſuſtollo compoſto *ſuſtulit* atq;
Mutuò *ſublatum* capit attollo nihil optat.
1. *Excello*. 2. *antecello*. 3. ab antiquo verbo *cello*
ceculi.

Mo per *ui* dat *itum* 1. *tremo* ponitur abſq; ſupino.
Dant *pſi ptum demo*, *promo*, cum *ſumere*, *como*,
Vult *emit emi*, *emptum*, *preſſi preſſum premo* donat.
1. *vomo*.

Vult *genui genitum gigno*, *poſui poſitumq;*.
Pono. *Cano cecini cantum*. dat *ui* dat & *entum*
Proles. 1. Compoſitum *à temno*. *Pſi*, *ptumq;* requirit.
Donabit *ſperno*, *ſprevi ſpretum*. *ſino ſivi*.
Atq; *ſitum ſterno ſtravi ſtratumq;* requirit.
Compoſitum *terno crevi cretum* 3. *lino pſcit*
Lini vel *livi*, *levi* mage, flecte *litumq;*.
1. *Præcino*. 2. *contemno*. 3. *decerno*.

Po pſi ptumq; facit *rupi ruptum* dabo *rumpo*
Præterito *ſtrepui*, *ſtrepo* dat, *ſtrepitumq;* ſupino.
1. *repo*.

Donabit *liquo liqui lictum*, *coquo xi ctum*.
Quæro quæſivi quæſitum ritè requirit.
Datq; *tero trivi tritum*, *geſſi gero geſtum*.

uro

uro ussi atq; *ustum. verro verri* dato *versum*,
Curro cucurrit habet *cursumq*;. *Satum sero sevi*.
Compositum dat *itum* 1. *serui sertum ordino* signans.
Datq; *tuli latumq*; *fero*, sed *suffero* nil dat.
Significans *patior*. *furo* poscit jungier isti.
1. *Insero*. → insero

So sivi (Si contractè) *situmq*; requirit 1.
Depsuit a *depso*, *viso visi*, absq; supino.
Pinsuit & *pinso*, *pistum*, *pinsum*. dat *itumq*;
1. *Lacesso lacessivi*, *lacessii lacessi*.

Xi xum dant *plecto*, cum *flecto*, *nectere*, *pecto*.
Hæcq; *xui* duo dant 1. *ivi peto* donat & *itum*
Mitto facit *misi mißum*, S geminando supino.
Sq; *meto* geminans *suit* & *sum*. *vertoq*; *verti*,
Et *versum*. *Sterto* dat *stertuit* absq; supino.
Nil neutrum *sisto*. compostum mutuat a *sto*
Compositis 2, *sisto* activum *stitit* atq; *statum* dat.
1. *Necto* & *pecto*. 2. *circumsisto circumstiti* a *circumsto*.

Dar *vivo xi ctum*. *Solvo solviq*; *solutum*,
Sic flectes *volvo*, *volvi* dans atq; *volutum*.
Texuit a *texo* formes *textumq*; supino.
Vult *xi ctumq*; *cio* 1. *elicio* dat *ui*, dat *itumq*;
Hæc duo dant *eci* atq; *actum facio*, *jacioq*;
Dic *fodi foßum*, *fugio fugi fugitumq*;
Ivi itumq; *cupit*. *sapio* dat *ui* dat *itumq*;.
Dic *capio cepi captum*. *Rapio rapui*, *ptum*.
Dat *pario peperi partum paritum*, *quatioq*;
Dat *quassi quassum*. *Cussi cussum* dabo proli 2.
1. *Aspicio*. 2. *percutio*.

Vult *uo* semper *ui*, dans *utum* 1. dat *struo xi ctum*.
Datq; *fluo xi xum*, tamen hoc *vi ctum* dedit olim 2.
Vi raro *pluo* dat. *luitum* raro *luo* donat.
Vultq; *ruo ruitum*, dat *utum* proles tibi solum 3.
Orta *gruo* 4. & *metuo* sic *eluo* nulla supina.

Et composita nue raro dant, annuo testis.
1. Arguo. 2. inde fit nomen fluctus. 3. diruo. 4. in. eruo.

Quarta Conjugatio.

IVi preterito dat & itum quarta supino 1.
Dat venio veni ventum. vult vincio xi ctum,
Sancio jungatur quod & ivi format & itum.
Singultit vult singultum. sepelive sepultum.
Hausi vult hausi, sum, sum: normam quoq; poscit.
Sepio psi ptum dat, nonnunquam format & ivi.
Pro salto salio, salui saltum, salij vix.
Hinc saltum, proles silui sultum 2. dato psi psum,
Cambio, vel normam vult, veneo tolle supinum.
Vult amicxit xi ctum, vulgo, dat ui simul ivi.
Sentio vult sensi sensum, sic ravsio rausi,
Rausum donabit, fulsi dato fulcio fultum.
Ut sarcit, farcit, per ui mutantur & rtum,
Ex pario natum 3. ri comperit, & reperit vult.
Nil serio donat. nil dant meditantia verba 4.
Parturio, esurio, cum nupturio, volo tolli.
1. Scio. 2. insilio. 3. aperio. 4. dicturio.
Apud veteres invenitur imperfectum quartæ conjugationis in ibam, & futurum in ibo.

De præteritis verborum in or.

Præteritum nullum format verbum quod in or fit.
Mutuo participii dat præteritum, tamen illi
Huic sum sive fui semper conjungere debes 1.
Activum verbum si desit fingere oportet,
Passivum fio facio vult. compositumq;
A quoties mutatur in 1. ferior capit apte 2.
In fico quod finit verbum, fitor optat habere 3.

1. A-

1. *Amor amatus sum vel sui.* 2. *afficior.* 3. *magnifico.*

Exceptiones.

DAt *fateor fassus*, *miserere* vultq; *misertus*.
Atq; *reor ratus*. At *mideor* nihil optat habere.
Aptus apiscor habet. *commentus commiqueniscor*.
Et *labor lapsus*, *nanciscor nactus* habebit.
Datq; *queror questus*, *nitor nisus* mage *nixus*
ulciscorq; *ultus* donat. *Passus patior* vult.
Dat *gradior gressusq*; *fruor fructus*, *fruitus* vix.
Mortuus a *morior*q; *ortusq*; *orior* dabit apte.
Experrectus ab *expergisci*, *expergitus* at vix.
Atq; *profectus* habet *proficiscor*, sicfte *fatiscor*
Fessus habens, donant *sequor*, & *loquor*, *utus* utrumq;
Atq; *paciscor* habet *pactus*. Vult *usus* & *utor*.
Metior exoptat *mensus* vult *ordior orsus*.
Prævertor, *calvor*, *liquor*, *vingor*, *reminiscor*,
Divertor, *vescor*, *nullum* tibi præteritum dant.

De *præteritis neutro passivorum*.

HÆc sex verba *solet*, *fio*, sic *fidet*, & *audet*,
Mœreo, cum *gaudet*, passivum præteritum dant.
Activum simul & passivum præteritum dant
Cum *piget* atq; *licet*, *pudet*, atq; *libet*, *miseretq*;
Cœno placet, *tædet*, *confido*, *prandeo*, *juro*
Pertædet dat *pertæsum*, *miseretq*; *misertum*
Mœreo dat *mœstus*, *gauditq*; *gavisus*, & *ausus*
Audeo. sic *fio factus* tibi poscit habere.

De anomalis verbis.

De Heterogeniis.

& De verbis activè neutraliter acceptis.

ACrivum dant & neutralem significatum,
Differo, cum *coeo*, *duro*, *incipio*, *maneoq*;
Atq; *moror*, *pasco*, *offendo*, quæ glossa recludet.

Differe colore, & differre negotium. Coire in unum, & coire societatem. Durare in ædibus, & durare animum. Incipit ver & incipere facinus. Manere in urbe. Et manere aliquem.

Mori sub dio, & nil purpuram moror. Pascentes capellæ & pascentes capellas. Offendere ad lapidem & offendere animum.

De neutris & activis quæ etiam sunt deponentia sub eodem sensu.

Comperit, *assentit*, *surgo*, *papulo*, *fabricoq*;
Munerat, *impertit*, *lachrymo*, *comito*, *mereoq*;.
Punit, *or* hæc capiunt sub eodem significatu.

De heterocliticis id est quæ recedunt a conjugatione aliorum.

Hæc contra normam flectes *sum*, *fio*, *volo*q;
His *edo*, junge *queo*, *fero*, sic *eo*, perlege glossam.

Possum sequente vocali retinet *T*. ut *potes*, &c. Sed pro *T* habet *S* si *S* sequatur; ut *possis*. Antiqui dicebant *poteſſem*, *poteſſe*, pro *possem*, *posse*. *Prosum* sequente vocali assumit D. ut *prodes*, &c. Veteres dixere pro *malim*, *mallem*, *mavelim*, *mavellem*: composita ex *eo* aliquando habent *im* in futuro.

Ambio regulariter flectitur. *Edo* sic irregulariter flectitur Indic. pr. *edo*, *es*, *est*, *estis*. Subj. imperf. *esem*, &c.

Im p.

mp. *es*, vel *eſto*, *eſte* vel *eſtote*, Inf. *eſſe*, *eſſur* pro *edi-*
ſſe.

Antiqui ſubjunctivi futurum in primâ conjugatione ex-
ulerunt per *aſſo*. In ſecundâ & tertiâ per *eßo*, hinc infi-
itivi in *aßere* & *eßere* ut *prohibeßere*, *expugnaſſere*.

Item antiqui extulerunt præſens ſubj. in *im* ut *edim*, *da-*
im pro *edam*, *dem*. Item *axim* pro *agam*, unde remanſere *auſim faxim* pro *audeam*, *faciam*. habuere etiam futura in *xo* ut *faxo*, *axo*. pro *fecero*, *egero*.

De defectivis.

Defectiva legas *apage aio*, *quæſo*, *cedoque*,
Addito *ave*, *ſalveque*, *vale*, *defit*, *ſcio*, *fari*,
Atque *dari*, *infit*, *ovat*que, *forem* queis jungitur *inquam*,
Sis, *ſodes*, *capſis*, quæ proſa recludet abunde.
Præteritum ſignant & præſens præteritivâ
Sub voce hæc *odi*, *cœpi*, *novi*, *memini*que
Tempora des illis quæ præteritum tibi format
Hoc verbum *memini tote* 1. atque *memento* reponit.

1. Id eſt *mementote*.

Imperat. *apage apagete*. Indic. præſ. *aio*, *ais*, *ait*, *ai-*
unt. Imperf. *aiebam*. &c. Subjunct. *aias*, *aiat*, *aiatis*
aiant. Imperat. *ai*. Part. *aiens*. Imperat. *cedo cedite*,
pro quo veteres dixere *cette*. Imperat *ave*, *avete*, *avete-*
te. Inf. *avere*, ſic flectitur *ſalve* & *vale*. *Defit* pro *de-*
eſt, habet *defiet* & *defiat*. *Scio* non habet in imperativo
ſci, ſed *ſcito*. *For* & *dor* non ſunt in uſu, nec in ſubjunctivo *fer* & *der*, ſed iis utimur in compoſitis. *Infit* ſolum
eſt pro cœpit. *Ovat* tantum habet *ovans*. Subjunct. *forem*, *fores*, *foret*, *forent*, & infinitivo *fore*, pro *fu-*
rem & *fuere*, ab antiquo *fuo*. Indicat. præſ. *inquam*, *in-*
quis, *inquit*, *inquimus*, *inquiunt*. Imp. *inquiebat*, *inqui-*
bant. Perf. *inquiſti*. Fut. *inquies*, *inquiet*. Imperat.
inque inquito. *Sis*, *Sodes* & *capſis*, ſunt contracta pro *ſi-*
vis, *ſi audes*, *cape ſi vis*. Ab *odi* venit *oſus* & *oſurus*. Sic
exoſus & *peroſus*.

DE

DE ABUNDANTIBUS

Sive quæ variant conjugationem in eodem sensu.

SÆpe *lavo* primæ est, ternam sed rarius optat,
Rarius hæc ternæ, sed crebro sunto secundæ
Ferveo, cum *fulget*, *stridet*, *tueor*que, *oleo*que 1.
Vulrque *cio* quartam, sed sæpius esto secundæ 2.
Tergeo donabit vel ternam sive secundam.
Raro dant quartam, ternam sed sæpius optant,
Salio. *lino*, *fodio*, *morior*, *potior*que, *orior*que, 3.
Jam *sapio* & *pario* ternam, quartam dedit olim.

1. Proferuntur hæc per tertiam, *servo*, *fulgo*, *stridi*, *tuor*, *olio*, *tergo*. 2. In secundâ est *cieo*. 3. In quarta sunt *sallio*, *linio*, *Potior* & *orior*, in infinitivo semper sunt quartæ.

DE PARTICIPIO.

PARTICIPIUM est pars orationis flexa per casus, tempus significans, accidentia ejus sunt, genus, casus, numerus, declinatio (quæ sic se hic habent ut in nomine) tempus, significatio & figura.

Tempora sunt tria, præsens, quod desinit in *ns*, & fit ab imperfecto indicativi, sed *iens* ab *iham* assumit *e*. Præteritum desinit in *tus*, *sus*, *xus*, & *qus* & fit a supino priori. Futurum desinit in *rus*, & *dus*, in *rus* fit a supino priori. Sed irregulariter fiunt *nasciturus*, *arguiturus*, *truiturus*, *nosciturus*, *osurus*, *morsturus*, *oriturus*, *futurus*, in

atu-

iturus, rarius in *iturus*, desinunt omnia quæ veniunt a supinis primæ conjugationis in *itum* ut *sonaturus*. Quod in *das* desmit, fit a participio præsentis.

Ab activis veniunt præsens in *ns* & futurum in *rus*.

A passivis fiunt præteritum & futurum in *dus*.

A neutris cadunt præsens & futurum in *rus*, & a quibusdam præteritum, ab iis scilicet quæ mittunt præteritum, more passivorum, & aliquando in *dus* ut *cænandus arandus*.

A deponentibus veniunt præsens præteritum & fututurum in *rus*, & aliquando in *dus* cum scilicet regunt accusativum.

A communibus fiunt præsens, præteritum & duplex futurum.

Participia præsentis activè significant, nisi veniant a neutris passivis.

Participia præteriti passivè significant, quæ a passivis veniunt.

Activè autem significant quæ a deponentibus veniunt, & activè & passivè significant quæ a communibus veniunt.

Fututa in *rus* fere omnia activè significant, nisi veniant a neutris passivis. Futura in dus omnia passivè significant.

Participia fiunt nomina quinque modis, hinc versus.

Dum mutat regimen fit participans tibi nomen 1.
Comparat 2. & tempus 3. perdit vel significatum 4.
Addè his compositum dum simplex fit tibi verbum 5.

1. *Amans* regens genitivum est nomen, nam participium regit accusativum. 2. *Amans* participium non comparatur. 3. *Amans* nomen est nullius temporis. 4. *Indictus* est nomen, cum significat *non dictus*. 5. Illæsus. est nomen, quia non dicitur illædor.

DE

DE ADVERBIO.

ADVERBIUM est pars orationis quæ adjecta verbo aut alteri voci, sensum ejus explanat.

Accidentia ejus sunt significatio comparatio, species & figura. Significatio est varia, in loco sunt *hic*, *illic*, *istic*, *usquam*, *passim*, *intus*, *foris*, *utrobique*, *subtus*, &c.

Ad locum, *huc*, *illuc*, *istuc*, *eo*, *quo*, *aliquo*, *intro*, *foras*, *sursum*, *deorsum*, *dextrorsum*, &c.

E loco, *hinc*, *istinc*, *illinc*, *inde*, *cælitus*, *funditus*, *radicitus*, *superne*, *inferne*, *eminus*, *cominus*, *humanitus*, &c.

Per locum *hâc*, *istâc*, *illâc*, *eâ*, &c. Et eloco & in locum sunt *peregre*, & *nusquam*.

Temporis sunt *heri*, *hodie*, *cras*, *nunc*, *nuper*, *jam*, *perendie*, *nudiustertius*, &c. *Dudum*, *pridem*, *semper*, &c. *usque* & loci & temporis est. Numeri *semel*, *bis*, *ter*, &c. Supra *vicies* major numerus præit sine copulâ ut *vicies*, *bis*. Minor numerus ferè sequitur cum copulâ ut *bis* & *vicies*, &c. *Infinities*, *sæpe*, *raro*, *rursus*, *iterum*, *toties*, &c.

Ordinis *inde*, *deinde*, *præterea*, *continuo*, *primo*, &c. *postremo*.

Quantitatis *multum*. *parum*, *satis*, *nimis abunde*, &c.

Qualitatis *doctè*, *pulchrè*, *bene*, *male*, *strictim*, *punctim*, *cæsim*, *raptim*, &c.

Separandi *seorsum*, *separatim*, *segregatim*, *singulatim*, *bifariam*, *aliter*, *secus*, &c.

Congregandi, *simul*, *una*, *pariter*, *populatim*, *universim*, *conjunctim*, &c.

Dubitandi *forsan*, *forsitan*, *fors*, *forte*, *forsit*.

Affirmandi, *profectò*, *certè*, *nè*, *ita*, *quidni*, *sanè*, *planè*, *nempe*, &c.

Negandi, *non*, *haud*, *nequaquam*, *nequiquam*, *minimè*, *ne ante quidem*.

Pro-

Prohibendi, *ne* absolute positum.

Jurandi, *pol, aedepol, castor, ecastor, Hercules, dius fidius.*

Eligendi, *potius, satius, potissimum, imo.*

Hortandi, *eia, age, agite, agitedum, ehodum.*

Optandi *utinam, o, si.*

Comparandi *magis, minus, maxime, minime, tam, quam, atque, ac.*

Similitudinis *ita, itidem, ceu, quasi, perinde, ac si, quemadmodum, ut &c.*

Intendendi *valde, magnopere, impense admodum, omnino, penitus, efflictim, tanto, quanto, hoc, eo, quo, multo, paulo.*

Remittendi *sensim, paulatim, peditentim, vix, aegre.*

Excludendi *solum, tantum, modo, duntaxat, demum, nedum.*

Rei imperfectæ *ferme, fere, prope, propemodum, tantum non.*

Explicandi *id est, hic est, quasi dicas, puta utpote ut puta.*

Interrogandi *num, numquid, an utrum, nonne,* & *ne* encliticum, *quare, quamobrem, quapropter, quid ita, quidni, quin, quinam ubi, quo, qua, utro, quorsum, unde, quando, quam diu, quamdudum, quampridem, quousque, quotis, quomodo, qui quam, quantopere.*

Comparantur præcipue advervia ab adjectivis nominibus, orta. ut *docte, doctius, doctissime.* Quædam comparantur a nominibus non orta, ut *diu, diutius, diutissime. Sepe sæpius sæpissime.* Nec a nomine positivo venit *prope, propius proxime.* Quædam positivo carent ut *magis, maxime, ocyus, ocyssime.* Quædam comparativo, ut *pene, penissime, nuper, nuperrime.* Quædam superlativo ut *tempori temporius. Sero serius.* Derivantur vel a nomine ut *docte a doctus.* Vel a pronomine, ut *illic* ab *ille.* Vel a verbo ut *cæsim* a *cædo.* Vel a præpositione ut *subtus* a *sub.*

DE

DE PRÆPOSITIONE.

PRæpositio est pars orationis, quæ vel appositione vel compositione fere præponitur aliis vocibus ad motum vel quietem significandum. Sunt separabiles, quæ etiam extra compositionem usurpantur, aut inseparabiles, quæ extra compositionem non sunt in usu. Separabilium aliæ regunt accusativum. hinc versus.

Hæ voces quartum donabunt *circiter extra,*
Ad, penes, ante, secus, trans, infra, præter, & *intra,*
Citra, apud, adversus, supra, cisque ultra, secundum,
Erga, post, propter, circum, circa, prope, contra,
Pone, per, ob. juxta, sic *inter, versus* & *usque.*
E quibus exoptant postponi *versus* & *usque.*

Aliæ ablativum hinc versus.

Hæ voces sextum donant *abs, a, tenus, absque*
Ex, e, de, coram, cum, clam, pro, præ, prænl, ac, ab,
Adde *palam, sine,* pluralis patrium *tenus* & dat.
Signantem binæ, aut numero præeunte carentem
Raro integrum pluralem. Postponito semper
Aliæ utrumque, hinc versus.
Sub, super, in, subter, quartum sextumque requirunt.

Inseparabiles sunt *di, dis, re, se, am, ve, con.* Ut *dirimo, dissicio, repono, sejungo, ambudo, vesanus, condo.*

De Interjectione.

INterjectio est pars orationis per se sententiam perficiens, & interjici solet orationi ad declarandum animi affectum. Significationes ejus sunt variæ pro varietate affectuum.

Gau-

Gaudentis, sunt *evax*, *euhoe*, vel *evohe*, *vah*.
Dolentis. *hei*, *heu*, *heu*, *ah*, *hoi*.
Admirantis, *papæ*.
Metuentis, *at at*.
Imprecantis, *malum*, *væ*.
Exclamantis, *o*, *oh*, *proh*!
Irridentis, *hui*.
Vocantis, *o heus*, *eho*, *ehodum*
Silentium injungentis, *an'ſt*.
Laudantis, *euge*.
Faſtidientis, *Phy*.
Ridentis, *ha*, *ha*, *he*. *O* inſervit cuilibet affectui.

De Conjunctione.

CONjunctio eſt pars orationis quæ dictiones aut clauſulas conjungit ejus accidentia ſunt ſignificatio, figura & ordo.

Significatio ſive poteſtas eſt varia.

Copulativæ ſunt quæ copulant verba & ſenſum, ſuntque, *&*, *quæ*, *quoque*, *ac*, *atque*, *etiam*, *cum*, *tum*, & his contrariæ, *nec*, *neque*, *neu neve*, quarum, *& quæ*, *nec*, *neque*, *cum*, *tum*, geminatæ, dicuntur ſuſpenſivæ, priori loco, quod aliam ejuſdem poteſtatis expectare faciant.

Diſjunctivæ quæ verba conjungunt, ſenſum autem diſjungunt ut, *aut*, *vel*, *ſeu*, *ſive*, dicuntur etiam hæ ſuſpenſivæ priori loco.

Conceſſivæ quæ aliquid concedunt, cui poſterior ſententia adverſatur ut, *etſi*, *etiamſi*, *quanquam*, *quamvis*, *licet*.

Adverſativæ quæ diverſam ſententiam ſuperiori adjiciunt, ut, *aſt*, *atqui*, *verum*, *tamen*, *attamen*, *verumtamen*, *&c*.

Cauſales quæ cauſam reddunt ſuperioris ſententiæ, ut, *nam*, *namque*, *enim*, *etenim*, *quia*, *quoniam*, *quando*, *quandoquidem*, *&c*.

Ratiocinativæ quæ ex ratione propositâ conclusionem inferunt, ut, *ergo, ideo, igitur, idcirco, quapropter, proinde, ideoque.*

Conditionales quæ sententiam conclusione aliquâ determinant ut, *ni, nisi, si, modo, dummodo, sin, &c.*

Perfectivæ quæ fini & perfectioni præponuntur ut, *ut uti, quo,*

Dubitativæ quibus utimur cum de duobus dubitamus ut, *ne, an, anne, num, utrum, numquid, nec ne.*

Imminutivæ quæ superiori sententiæ minus aliquid subjiciunt, ut, *saltem, &, at, certe, vel.*

Expletivæ quæ non necessitatis, sed ornatûs gratiâ ponuntur in oratione ut, *quidem, equidem, nimirum, autem, scilicet,* & aliæ, sive additæ, sive detractæ, nil plus minusve efficiunt.

Ordinis præpositivi sunt *nam, quare, ac, at, nec, neque, seu, sive, si, sin, nisi, quin,* nam semper præponuntur in sententiâ.

Postpositivi sunt, *enim, autem, quoque, vero, quidem,* & encliticæ *que, ve, ne,* nam secundum in oratione locum obtinent.

Communes sunt *ergo, igitur, itaque, &c.* Nam possunt vel præponi vel postponi.

De Etymologiæ Figuris.

FIgura est ratio loquendi a vulgari modo differens, Figuræ Etymologiæ dicuntur *Metaplasmi*, id est *transformationes*, suntque hisce versibus comprehensæ.

Adjice principio quicquam fic *Prosthesin*, edes 1.
Adjice quid medio, fic fiet *Epenthesis* apte 2.
Adjice quid fini vocis facies *Paragogen* 3.
Aufert principio vares, ut, *Aphæresin* edat 4.
Emedio quicquam tolles, ita *Syncopa* fiet 5.
Est *apo* nempe *cope* quicquam de fine recidens 6.
Syllaba per binas divisa *diæresis* esto 7.

Syl-

Syllaba de binis eſt facta *Synæriſis* una 8.
Antitheſis fiet tibi litera ſi varietur 9.
Eſt *meta* nempe *theſis* ſi tranſponas elementum 10.
Ob pulchram vocem quid factum *Euphonia* fertur 11.
Quod nihil ad ſenſum facit eſto *Parelcon* ubique 12.

1. *Gnatus* pro *natus*. 2. *Induperator* pro, *Imperator*. 3. *dicier* pro *dici*. 4. *conia* pro *cicouia*. 5. hæc figura frequens eſt in genitivis pluralibus omnium declinationum nominum quintâ exceptâ. Et in præteritis in vi deſinentibus, & temporibus inde formatis ut *audiſtine*. ſed diſſyllaba rariùs ſyncopantur, niſi in *nôſti*, *ſciſti*. *Flâſti*, *flêſti*. Rariùs ſyncopantur alia verba ut *acceſtis* pro *acceſſiſtis*, quandoque ſyncopa fit ex aliâ ut *petiſtis* pro *petiiſtis*, & hoc pro *petiviſtis*. 6. *audin* pro *audiſne*, ſemper ferè fit in imperativis verborum *dico*, *duco*, *facio*, cum compoſitis, ſed compoſita a *facio* mnutantia *a* in *i*, integra manent. 7. *aulai* pro *aulæ*. 8. *auris* pro *aureis*. 9. *voſtris* pro *veſtris*. 10. *Evandre* pro *Evander*. 11. *prodeo* pro *proeo*. 12. *adeſdum* pro *ades*.

DE ORTHOGRAPHIA.

ORTHOGRAPHIA docet discrimina literarum, earumq; prolationem, suntque quatuor & viginti, quarum character & valor sequitur.

A. a. magno rictu, solo spiritu plenissimè sonat, lingua ad palati radices à dentibus reflexâ.

B. b. compressis leviter labiis, sonum explodit.

C. c. linguâ palatum & genuinos exteriùs premente sonum excludit.

D. d. Pulsando summos & imos dentes conjunctim supremâ sui parte lingua molliùs sonat.

E. e. Mediocri rictu linguâ genuinis impactâ, leviterq; inferos dentes feriente plene sonat.

F. f. imum labrum supremis imprimentibus dentibus & reflexâ linguâ ad palati fastigium leni afflatu profertur.

G. g. reductâ introrsum linguâ; medium palatum dentesque genuinis vicinos premente, remissiùs sonat.

I. i. Semicluso ore linguâ genuinis impactâ *Angustius* sonat.

J. j. Pleniore orbe, stridit extremo palato & dentibus.

K. k. est eadem prorsus quæ *C*, & plane Latinis vocibus inutilis.

L. l. minimo sono, linguâ palati radices feriente, plenius tamen in fine syllabæ sonat.

M. m. Impressis invicem labiis, narium spiritu mugit

ple

plenius in initio, [illegible] in fine, [illegible] dio.

N. n. Linguâ in palati [illegible], acutiùs in principio [illegible] in medio.

O. o. Pleno orbe, [illegible] sonat.

P. p. Compresso ore [illegible].

Q. q. Idem [illegible] cit, sequente semper [illegible] vocali.

R. r. Interius palatum [illegible] surrat.

S. s. s. Linguâ [illegible] versis sibilat.

T. t. linguâ superna [illegible].

U. u. Mediocri orbe [illegible] & productis labiis sonat.

V. v. Medio orbe [illegible].

X. x. *cs* vel *gs* sonat.

Y. y. Minimo orbe [illegible] bro sonat exilius ut *u* [illegible].

Z. z. *ds* vel geminum *β* sonat.

H. h. est tantum nota [illegible] tum dextera pars [illegible] pars notabat spiritum [illegible] hodie integrum *H* [illegible].

Litera est nota [illegible] sona, Vocalis est quæ per [illegible] *u, y,* hodie [illegible] illi sonus ac *upsilo* [illegible].

Comprehensio [illegible] syllabam dicitur [illegible] *au* & *eu*, *æ* & *œ*, hodie [illegible] tur ut *ai* & *oi*. [illegible] *guâ suadeo*, &c. [illegible] jusmodi *u* liquescit, & [illegible].

Consona est quæ cum vocali sonat, [illegible] mivocalis,

Muta est cujus sonus est [illegible] est in quâ sonus vocalis [illegible]

DE ORTHOGRAPHIA.

ORTHOGRAPHIA docet discrimina literarum, earumq; prolationem, suntque quatuor & viginti, quarum character & valor sequitur.

A. a. magno rictu, solo spiritu plenissimè sonat, lingua ad palati radices à dentibus reflexâ.

B. b. compressis leviter labiis, sonum explodit.

C. c. linguâ palatum & genuinos exteriùs premente sonum excludit.

D. d. Pulsando summos & imos dentes conjunctim supremâ sui parte lingua molliùs sonat.

E. e. Mediocri rictu linguâ genuinis impactâ, leviterq; inferos dentes feriente plene sonat.

F. f. imum labrum supremis imprimentibus dentibus & reflexâ linguâ ad palati fastigium leni afflatu profertur.

G. g. reductâ introrsum linguâ; medium palatum dentesque genuinis vicinos premente, remissiùs sonat.

I. i. Semiclusо ore linguâ genuinis impactâ *Angustius* sonat.

J. j. Pleniore orbe, stridit extremo palato & dentibus.

K. k. est eadem prorsus quæ *C*, & plane Latinis vocibus inutilis.

L. l. minimo sono, linguâ palati radices feriente, plenius tamen in fine syllabæ sonat.

M. m. Impressis invicem labiis, narium spiritu mugit ple-

plenius in initio, obscurius in fine, mediocriter in medio.

N. n. Linguâ in palati convexum reflexâ, nare tinnit, acutiùs in principio & fine, obtusiùs in medio.

O. o. Pleno orbe, linguâ introrsum reductâ, sonat.

P. p. Compresso ore mediis labiis erumpit.

Q. q. Idem prorsus quod *c* sonat, & in gremio *u* liquescit, sequente semper aliâ vocali.

R. r. Interius palatum ferit & circa dentes tremula susurrat.

S. ſ. s. Linguâ extremum palatum feriente dentibus adversis sibilat.

T. t. linguâ superos dentes premente fortius sonat.

U. u. Mediocri orbe mediâ lingua depressâ coeuntibus & productis labiis sonat.

V. v. Medio orbe denso spiramine bombilat.

X. x. *cs* vel *gs* sonat.

Y. y. Minimo orbe linguâ extremâ depressâ, infero labro sonat exilius ut *u* liquida in *quis*.

Z. z. *ds* vel geminum *ß* sonat.

H. h. est tantum nota spiritus asperi, at olim ejus tantum dextera pars erat nota spiritus asperi, sicut sinistra pars notabat spiritum lenem. Hanc Latini omiserunt & hodie integrum *H* nobis servit.

Litera est nota soni individui, estq; vocalis vel Consona, Vocalis est quæ per se vocem edit, & sunt *a, e, i, o, u, y*, hodie profertur *y*, corruptè ut *i* at olim idem erat illi sonus ac *upsilo* Græcorum.

Comprehensio vocalium vim suam retinentium in unam syllabam dicitur diphthongus, suntq; quatuor usitatæ *æ, œ, au* & *eu*, *æ* & *œ*, hodiè corruptè ut *e*, at olim proferebantur ut *ai* & *oi*. Minus usitatæ sunt *ai, ei, oi, yi*. In *linguâ suadeo*, &c. Non fit diphthongus, quia in his & hujusmodi *u* liquescit, & parum auditur.

Consona est quæ cum vocali sonat, estq; Muta, vel Semivocalis,

Muta est cujus sonus est obtusior nec continuatur, aut est in quâ sonus vocalis sequitur suntque *b, c, d, ſ, g. k, p,*

a, e, i, o, u. Etsi vocalis præcedit *f*, non sic fit in Græcorum cui *f* nostrum respondet.

Semivocalis est cujus sonus est clarior & continuatur, ut est in quâ sonus vocalis præcedit sunt; *l, m, n, r, f, z, x*, estque liquida vel duplex consona, vel ea quæ est mistæ potestatis.

Liquida est quæ post mutam posita liquescit sunt; *l. m. n. r.*

Duplex consona est quæ ex duabus consonis coalescit, sunt; *x. z.* ea quæ est mistæ potestatis est *f*,

Ante *e, i, y, C* profertur ut *f.* & *G.* ut *γ.* alias *c.* profertur ut *k.* & *g.* ut Græcorum *γ* qui sonus est iis proprius ut alter corruptus. *S.* longo in fine vocis nunquam utimur, nec nisi in fine *s*, serpentino, & perraro in inlido isto *s*, minusculo.

Sextuplices voces inchoant a Majusculis.

1. Propria nomina, ut *Cicero, Ciceronianus.*
2. Nomina dignitatum, ut *Rex Dominus.*
3. Nomina artium ut *Grammatica.*
4. Nomina festorum. ut *Pascha.*
5. Voces novam periodum inchoantes.
6. Primæ versus cujusque literæ in carmine.

Literæ majusculæ & pro vocibus ponuntur ut *A. Aulus. C. Caius.*

L. Lucius. M. Marcus. ut patet in dictionariis. *D. D. C. Q. dicat, dedicat consecratque. S. P. D. salutem plurimam dicit. D. D. domino domino.*

S. P. Q. R. senatus, populusque Romanus.

Simplicior modus tum in vocibus scribendis, tum proferendis nobis sequendus est, hinc invenire est voces diversimode discripras, ut *adsero, assero, emptus. emtus. fœmina, femina, auctor, author, autor, sequutus, secutus; nummus, numus.* E. corrupte in multis vocibus

pro-

profertur ut Græcorum *n*, Item *i* & *u* in fine ſæpe minus fortiter proferuntur.

Syllaba eſt ſonus unius aut plurium literarum ſub uno ſpiritu.

Regulæ ſyllabicationis.

Syllabæ erit finis non conſona 1. tolle eadem ni
Sit pars compoſiti 2. finalis 3. vel geminata 4.
Et liquidæ, ſimul *x* (ſi ſubſit conſona) finit 5.
Ante *n m* poſitum, minime concludit ut *a-mnis.*

1. Quia conſonæ quæ in principio vocis conjunguntur, in medio non poſſunt ſejungi. 2. *ab-da. quic-quid.* 3. *a-pud.* 4. *pan-nus.* 5. *al-bus. am-bo. an-te. ar-tes. tex-tus.*

Dictiones ab ſ incipientes, compoſitæ cum *ex* auferunt ſuum ſ ut *ex-urgo. trans* compoſita cum voce ab ſ incipiente amittit ſuum ſ ut *tran-ſpicio.*

A & *e* præponuntur ſolum conſonis, *ab* & *ex* vocalibus & conſonis, *ab* præſertim *j. l. r. abs q* & *t.*

Syllaba *ti* ſequente vocal. ſonat ut *ci*, ut *actio* niſi S vel *x* præcedat, ut *quæſtio, mixtio*, aut cum vox eſt penitus Græca ut, *Antiochus.* Derivatio oſtendit quomodo ſcribenda ſit dictio. ut *gratia* per *ti* quia fit a *gratus.* Item, *audacia* per *ci* quia ab *audacis.* Ubi pars vocis ponitur pro totâ, ſcribenda eſt prima ſyllaba, cum primâ literâ ſequentis. Ut *Dom.* pro *Dominus, Sep.* pro *September.*

Notæ vocum & ſententiarum ſunt ſex.

Apoſtrophos, eſt nota rejectæ vocalis, ut *nemon* prodit, pro *nemone.* Diæreſis ſunt duo puncta literæ impoſita ſæpe differentiæ cauſa ut *ſyliäe* pro *ſylvæ.*

Hyphen ita connectit duo vocabula ut proximè ad compoſitorum naturam accedant ut *ante-malorum.*

Parentheſis eſt diſtinctio eorum quæ abeſſe poſſunt

ſalva

salvâ sententiâ ut munera (*crede mihi*) placant homines què deosque.

Admirandi, vocandi, aut exclamandi est hujusmodi! O curas hominum! O Petre!

Interrogationis nota sic fit [?] cur illud feciſti?

Notæ numerorum earumq; valor.

1. ——I.	unum.
5. ——V.	quinque.
10. ——X.	decem.
50. ——L.	quinquaginta.
100. ——C.	centum.
500. ——IↃ. vel D.	quingenta.
1000. ——CIↃ. vel ∞. vel CXↃ. vel M.	mille.
5000. ——IↃↃ. vel V.	quinque millia.
10000. ——CCIↃↃ. vel X.	decem millia. (lia
50000. ——IↃↃↃ. vel L.	quinquaginta mil·
100000. CCCIↃↃↃ. vel C.	centena millia.
500000. ——IↃↃↃↃ.	quingenta millia.
1000000. CCCCIↃↃↃↃ.	decies centena (millia.

Minor numerus majori præpositus, majori tantundem aufert.

Interpunctio est qua sententia distinguitur estque quadruplex. 1. *Comma*, ubi clausula est adhuc imperfecta, & respiratio minima, & sic notatur (,). 2. *semicolon*, ubi respiratio est paulò major quam in commate, sed minor quam in colo; clausula adhuc incompletâ, & sic notatur (;). 3. *Colon* ostendit sententiam quidem perfectam esse, sed adhuc pendentem, ut cum sententiæ partes sunt duæ & sic notatur (:). 4. *Punctum* ostendit sententiam esse absolutam (.). Dicturq; *periodus*, si ipse sermo sit perfectus. Quæ omnes hoc exemplo concurrunt, *Etsi ea perturbatio est omnium rerum, ut suæ quemq;* for-

fortunæ pœniteat; nemoq; sit, quin ubivis quam ibi ubi est esse malit: tamen mihi dubium non est, quin hoc tempore bono viro Romæ esse miserrimum sit. Cicero.

De Syntaxi.

SYntaxis est congrua dictionum in oratione compositio. Estq; analoga vel anomala. Analoga est quæ communem loquendi consuetudinem sequitur. Estq; concordantia vel regimen concordantia est quâ vox cum voce convenit.

De concordantia adjectivi cum substantivo.

MObile cum fixo genere & casu numeroque
Quadrat 1. si fixum subsit fixi genus optat
Mobile 2. quod si non subsit, tum mobile neutrum
Optabit. per *res* declara hoc mobile neutrum 3.

1. *Omnis homines*, qui sese student præstare *cæteris animalibus summâ ope* niti decet, ne vitam silentio transeant veluti pecora. Salustius. 2. Non levat *miseros* dolor. Seneca. Vescor *ferina*. *Civica* donari. 3. turpe senilis amor. *Ovidius.*

De concordantia substantivi cum substantivo.

CAsu conveniunt eadem signantia fixa.

1. *Livor* tabificam malis *venenum*, intactis vorat ossibus medullas. *Virgilius.*

De concordantia adjectivi cum substantivo, item substantivi cum substantivo mediante verbo.

MObile quadrabit fixo, fixum quoque fixo,
Si mediet substans 1. verbumve vocans 2. vel eorum.

Vim

Vim quod habet verbum 3, quod praxis ritè docebit.
Horum participans ponas ſi inter duo fixa
Diverſi generis, quadrabit id anteriori 4.
Sed ſi poſtponas, quadrabit cuilibet horum 5.
De quo fit ſermo quadrabit ſæpius illi 6.

1. *Levis eſt fortuna*, citò repoſcit quæ dedit. Publius. Luxurioſo *frugalitas pœna eſt*, pigro ſupplicii loco labor eſt. Sen. 2. ſeptem fuiſſe dicitur uno tempore *qui ſapientes* & *vocarentur* & *haberentur*. Cic. 3. *nemo* repente *fit turpiſſimus*; gradatim in vitia labimur. *Ter.* 4. *paupertas viſa* eſt mihi *onus* miſerum ac grave. *Ter.* 5. non omnis *error ſtultitia* eſt *dicenda*. Cic. 6. *Semiramis* puer *credita* eſt. *Juſtin.*

De concordantiâ relativi cum antecedente.

Pone relativum cum præcedente in eodem
Et genere, & numero, necnon Perſonâ in eâdem 1.
Si referens ponas inter generum variorum.
Nomina, tum licitè quadrabit cuilibet horum 2.
Eſt neutrum referens ſenſum cum reſpicit omnem 3.

1. *Animum* rege, *qui* niſi paret imperat. Pub. 2. unus erat toto naturæ *vultus* in orbe, *quem* dixere chaos *Ovid.* Nihil eſt Deo acceptiùs quam concilia cætuſq; hominum jure ſociati, *quæ civitates* appellantur. *Cic.* 3. qui virtute præditus eſt, *ſuis rebus contentus eſt*, *quod* eſt divitiarum proprium. *Cic.*

De concordantiâ nominativi cum verbo.

Ante capit rectum perſonâ convenientem.
Et numero verbum, quod perſonale vocatur
Necnon finitum 1. rectum perſæpe tacemus
In verbis primæ perſonæ ſive ſecundæ 2.
Emphaſis aut perſonarum diſcretio ni ſit 3.

In-

Infinitivus cum casu 4. vel sine casu 5.
Atque appellatum 6. necnon abverbia quædam
(Præsertim quanti) pro recto sæpe locantur 7.

1. Raro antecedentem scelestum *deseruit pœna* pedè claudo *Hor.* 2. hoc *volo*, sic *jubeo*, sit pro ratione voluntas. Juv. 3. *tu* Dominus, *tu* vir, *tu* mihi frater *eris*. Ovid. Emphasis est figura quâ plus intelligitur, quam expressè dicitur. Tu nidum *servas*, *ego laudo* rurisamœni rivos. Hor. Discretio est cùm diversa studia significamus. 4. ingenuas *didicisse* fideliter *artes*, emollit mores, nec finit esse feros. *Ovid.* 5. dulce & decorum *est* pro patriâ *mori*. Hor. 6. gratum *est quod* patriæ civem populoq; *dedisti*, si facis ut patriæ sit idoneus. Juv. Appellatum est oratio nominativi & verbi, si præcedat *quod*, *ut*, aut simile 7. *partim* hominum *venerunt*. Gell.

De valore plurium singularium, & dignitate personarum & generum.

Plurali æquivalent voces quas copula nectit 1.
Personam atque genus semper dato nobiliori:
Prima quidem reliquis præstat 2. ternæque secunda 3.
Masculeum reliquis præstat 4. neutri muliebre 5.
Mobilis interdumque vicem fixum benè supplet 6.
Si fixa absque animâ fuerint, tum mobile neutrum
Postulat 7. interdùm quadrabit nobiliori 8.

1. *Nox, & amor, vinumque*, nihil moderabile *suadent*. Ovid. *Juno* quidem *cum Minervâ*, *redeunt tristes*, & iratis *similes*, indignationem repulsæ gestibus *professæ*. Apul. 2. *ego & tu disputamus*. *Ego & suavissimus* Cicero *valemus*. Cic. 3. si *tu & Tullia* lux nostra *valetis*. Cic. 4. *pater & mater mortui*. Ter. 5. *lena & scortum* sunt *impudicæ*. 6. *Ptolemæus & Cleopatra* sunt *Reges*. Cæs. 7. labor *voluptasq*; *dissimillima* naturâ, societate quâdam naturali inter feras sunt *innexa*. Liv. 8. mensuraque juris vis erat, hinc *leges* & *plebiscita coactæ*. Luc.

Re-

Regimen eſt quo dictio aliam regit.

De ſubſtantivis adjuncti quæ regunt ſubjectum in genitivo ſub quibus continentur effectum & cauſa, aut ſimilia.

Adjuncti fixum ſubjecti vult genitivum 1.

1. *Injuriarum remedium* eſt oblivio. *Pub.* Subjectum eſt id cui aliquid accidit, Adjunctum eſt id quod accidit.

De ſubſtantivis, adjectivis & verbis acquiſitivè poſitis.

Ternum vox quævis acquiſitiva requirit 1.
Mobile nonnunquam quartum cum præpoſiturâ 2.

1. Cuivis *dolori remedium* eſt patientia. Pub. Perferri hæc *Alexandro* Darius jubet, ſe nullis in eum meritorum officiis, maximorum *illi debitorem* mori. Juſtin. *Cunctis* eſto *benignus, nulli blandus, paucis familiaris, omnibus æquus.* Sen. *Inopi* beneficium bis *dat*, qui dat celeriter. Pub. 2. Quem hominem inveniemus *ad* eam *rem utilem.* Plaut.

De ſubſtantivis, Adjectivis & verbis regentibus cauſam & modum actionis.

cauſam

In ſexto regitur caſu, tum cauſa 1. moduſq; 2. Nonnunquam admittunt, ſed raro, præpoſituram 3.

1. *Naturâ* tu es illi *pater*, conſiliis ego. *Ter. Deteriores* omnes ſumus *dicentiâ.* Ter. *Oderunt* peccare boni virtutis *amore, oderunt* peccare mali *formidine* pœnæ. Hor.

2. *Patr ætate.* Cæſ. Conſilia audacia primâ *ſpecie læta*, tractatu dura, eventu triſtia. Liv. *Conſilio* meliùs *vincas* quam iracundiâ. Pub. 3. *Præ mœrore loqui* non poſſum. *Cic.* Semper *magno cum metu* dicere incipio. *Cic.*

De

De ſubſtantivis ſubjecti regentibus adjunctum cum adjectivo notæ & de horum variatione.

Subjectum regit adjunctum (cui mobile junges
Uſque notæ) in patrio 1. aut ſexto 2. ſi mobile dictum
Quadret ſubjecto, tum fixum ponito ſexto
Adjuncti. 3. raro patrio 4. ſigna haud variantur 5.

1. *Ingenui vultus puer ingenuique pudoris.* Juv. 2. *Virgo egregiâ formâ* atque *ætate integrâ.* Ter. 3. *Homo ornatiſſimus loco, ordine, nomine, virtute, ingenio.* Cic. 4. Es *modicus voti*, preſſo lare, dulcis amicis. Per. 5. *Nullius* ſum *conſilii.* Ter. Non *multi cibi hoſpitem* accipies, ſed multi joci. *Cic.* Sum *mei juris.* Ter. Signum eſt vox per ſe nil ſignificans, ſed alteri addita ſignificationem ejus dirigit.

De Opus *ſubſtantivo indeclinabili.*

Sextum 1. vix patrium dat *opus* fixum invariatum
Cum terno, verbo ſubſtantivo comitante 2.

1. Ubi rerum teſtimonia adſunt, non *opus eſt verbis.* Cic. 2. *Mihi operæ* ejus *opus eſt.* Apul.

De partitivis.

Pluralis patrium dant partitiva 1. prioris.
In collectivis 2. Quem ſolvunt præpoſituræ
Inter, & *in* cum ſexto, *ex*, *e*, *de*, queis dabis *ante* 3.
Vult medius binas 4. res plures uſq; ſupremus
Ut patrium poſcant 5. Ejuſdem ſunt generiſq;
Ni collectivum 6. vel vox heteroclita detur 7.
Supremuſq; gradus poſcit genus anterioris
Fixi 8. perraro quadrabit poſteriori 9.

1. In *unoquoque virorum* bonorum habitat Deus. Sen. 2. o danaûm *fortiſſime gentis* Tydide. *Virg.* 3. Qui *inter eos* (ut apparet) *fortior* fuit. Quintil. Neque enim tuburcinandum & lurchinabundum, jam *in nobis*

bis quiſquam dixerit. Quintil. *Pauci de noſtris* cadunt *Cæſ. Acerrimus ex* omnibus *ſenſibus* eſt ſenſus videndi. *Cic. Fideliſſimi ante omnia* homini canes & equi. Plin. 4. Divellimur inde Iphitus & Pelias mecum, *quorum* Iphitus ævo jam *gravior*, Pelias & vulnere tardus Ulyſſei. *Virg.* 5. Virgo cæde madentes *ultima cœleſtum* terras Aſtræa reliquit. *Ovid.* 6. an *quiſquan gentium* æque miſer ac ego. *Ter.* 7. *infimum cœlorum* lunam continet. 8. *Villoſiſſimus animalium lepus.* Plin. 9. Moly *herbarum laudatiſſima*, *florum pulcherrimus.* Plin.

De adjectivis activè ſignificantibus.

Mobile ſignificans activè dat genitivum 1.
Interdum & ſextum, mediet ſi præpoſitura 2.

1. Quænam ſumâ boni? mens quæ ſibi *conſcia recti.* Virg. Eſt animus tibi *rerumq; prudens*, & in ſecundis temporibus dubijſq; rectus. Horat. Annot. huc pertinent non ſolum verbalia ſed alia plurima ut *exors, certus, compos, peritus, proſper, pauper, parcus, memor, æger, opimus, vigil, prudens, ſecurus. ſolicitus, ſerus, reus, ſterilis, vanus, rudis, ſons, largus, gnarus, dubius, &c.* 2. Me velim *de* tuis *rebus* conſiliiſq; diligentiſſime facias *certiorem* Cic. *ſollicitus* ſum *de rebus* urbanis. *Cic.*

De adjectivis menſuræ.

Mobile menſuræ dat quartum 1. vixque Latinum 2.
1. Umbram reddit *quatuor pedes longam.* Plin. 2. fons *letus pedibus tribus, altus triginta.* Colum.

De adjectivis & verbis regentibus inſtrumentum.

Inſtrumenta dabis ſexto ſine præpoſitura.
1. *Linguâ* quàm *manu promptior.* Saluſt. multa petentibus

tibus deſunt multa, bene eſt cui Deus *obtulit* parcâ quod ſatis eſt *manu*. Hor.

De comparativo gradu.

Vult medius ſextum quando per *quam* referamus 1.
At referenſq; negans neſcit per *quam* referari 2.
Huncque gradum voces intendendi ſibi poſcunt 3.

1. *Vilius* argentum eſt *auro*, *virtutibus* aurum. Hor. 2. *Nemine* ſum *doctior*. Conveni petrum *quo* ſum *indoctior*. 3. *Quanto ſuperiores* ſumus *tanto*, nos *ſubmiſſius* geramus. *Cic.*

De ſolum ablativum regentibus.

Hæc ſextum donant, *vilis*, cum *præditus*, atque
Fretus, *vænalis*, *fœtus*, *carus*, quoque *curtus* 1.

1. *Vilis* viginti *minis*. Plaut. *Studiis* literarum *doctrinaque præditus* Cic. Magnanimi viri *fretî virtute* & *viribus*. Plaut. Otium *vænale* neque *purpurâ* neque *auro*. Hor. Scandit fatalis machina muros *fœta armis* Virg. Quod non opus eſt *aſſe carum* eſt. Sen. *Curtum temone* jugum. Juv.

De genitivum vel ablativum indifferenter regentibus.

Plenus, *inops*, *locuples*, *fœcundus*, *dives*, *abundans*,
Immuniſque, *ſatur*, *puruſque*, *extorris*, *inanis*,
Expers, *diſque*, *potens*, dant ſextum 1. ſive ſecundum 2.

1. Maxima quæq; domus *ſervis* eſt *plena* ſuperbis. Juv. *Inops verbis*. Cic. *Locuples copiis* rei familiaris & pecunioſus. *Cic.* Amor & *melle* & *felle* eſt *fœcundiſſimus*. Cic. *Dives agris*, *dives* poſitis in ſœnore *nummis*. Hor. Caprificus *omnibus immunis* eſt, quæ adhuc diximus. Plin. Ambroſiæ *ſucco ſaturos*. Ovid. *Purum vitio* cor. Hor. *Extorrem urbe*, *domo*, *penatibus*, *foro*, *congreſſu* æqualium. Liv. Nulla abs te per hos dies

epi.

epistola *inanis re* aliquâ utili & suavi venerat. *Cic. Expers famâ & fortunis.* Sal. *Dives divitiis*, qui aureos montes colunt. Plant. Terra antiqua *potens armis.* Virg. 2. Omnia hæc regunt genetivum per regulam de adjectivis activè significantibus.

De genit. varius, frequentius vero abl. regentibus.

Orbus, contentus, dignus, viduus, vacuusque
Addito *onustus* iis, *nudus, liber*, genitivum
Raro dant 1. crebro cernes constructa Latino.

1. *Orbus auxilii opumq;*. Plaut. Nec jam *libertatis contentos* esse Liv. Magnorum haud unquam *indignus avorum.* Virg. *Viduum* sit pectus *amoris.* Ovid. *Vacuas cædis* habete manus. Ovid. Si quis illam invenerit ollam *onustam auri.* Plaut. *Nudus arboris* Othrys erat. Ovid. *Libera legum* Roma fores. Luc. 2. *Orbum visu* reginq, carentem. Stat. Uxor *contenta* est, quæ bona est, uno *viro.* Plaut. Nemo *dignus Deo* est, nisi qui opes contemnit. Sen. *Viduus Pharetrâ* risit *Apollo.* Her. Cum sumus necessariis *negotiis curisq; vacui.* Cic. *spoliis* orientis *onustum.* Virg. Nec *nudus virtute* Syphax. Sil. animus *terrore liber.* Cic.

De adjectivis diversitatis.

Mobile diversum quod signat rite requirit
Postremum casum, mediet si præpositura.

1. Ridenda poemata malo, quâm te conspicuæ divina Philippica famæ volveris *a primâ* quæ *proxima.*

Annotatio.

Qui aiunt hæc adjectiva *affinis, similis, communis, superstes, finitimus, fidus, conterminus, vicinus, proprius, alienus*, & si quæ sint alia regere genitivum vel dativum,

vum, actum agunt. Nam gen. regunt per reg. de adjectivis activè significantibus dat. vero per reg. de adjectivis acquisitivè positis.

De Pronominum Syntaxi.

De possessivis ornatè positis pro genitivis primitivorum.

POsſeſſum quadrans fixo, fixum in genitivo. Quod regit, id patrii primi vice ritè locatur 1.

1. *Omnium noſtra vita* cunctando perit. Sen. *Meum ſolius peccatum* corrigi non poteſt. *Cic.*

De differentiâ genitivorum noſtrum & noſtri, veſtrum & veſtri.

Pattitiva regunt *noſtrum veſtrum* genitivos 1, Aſt aliæ voces *noſtri veſtrique* requirunt 2. Ni capiant aliam vocem ſibi convenientem 3.

1. *unuſquiſque noſtrum* inter negotia moritur. Sen. Ne *cui veſtrum* ſit nurum. Ter. 2. Ne *ſtudia noſtri* pecces. Hor. Reliquum eſt quod ipſæ optimè conſiderabitis, *veſtri ſimiles* fœminæ ſintne Romæ. *Cic.* Nil *noſtri miſerere*. Virg. 3. In *omnium noſtrum* humeris cohærebunt. *Cic.* Alumnus *omnium veſtrum*. Liv. Primitiva pronomina mei, tui, ſui, noſtri, veſtri reguntur a ſubſtantivis affectum paſſivè ſignificantibus. hinc *amor mei*, eſt quo amor, at *amor meus* quo amo, *amor Regis* quo aut amat, aut amatur.

De vocibus quas idem poſt ſe requirit

Has voces *idem* poſt ſe *qui, ac, atque*, requirit.

1. Peripatetici quondam *iidem* erant *qui* Academici. *Cic.* Amicus erga te *idem ac* fuit. Ter. Unum & *idem* videtur eſſe *atq*; id. *Cic.*

De hic *&* ille *quatenus respiciunt antecedentia.*

Sensum prædictum quoties referunt *hic* & *ille*
Hic propius, prius *ille* notat 1. quandoq; aliter sit 2.

1. Quis neget *Æneæ* natum de stirpe *Neronem*: Sustulit *hic* matrem, sustulit *ille* patrem. Auson. 2. Melior certiorque est tuta *pax* quam sperata *victoria*, *hæc* in tuâ *illa* in deorum manu est. Liv.

De reciprocatione sui *&* suus.

Tertia persona est præeuntis nominis 1. (aut si
Non præeat, valeat tantundem dummodo sensus 2.)
Quam referunt pronomina bina *sui*que *suus*que.
Adsint si plures, vulgò referunto priorem 3.
Crebro relativum pro illis pones, quia sensum
Non varium duplicemve facit forma ista loquendi 4.

1. Lento gradu ad vindictam *sui* divina procedit *ira*, tarditatemque supplicii gravitate compensat. Val. 2. est *suus unicui*que locus. Hor. 3. *Pythius* piscatores rogavit, ut ante *suos* hortos piscarentur. *Cic.* 4. *Vas* factus est alter ut si ille non revertisset, moriendum esset *ipsi*. Cic.

Verborum Regimen.

De genitivis verborum.

De sum *significante* officium *aut* pertinere.

Pertinet officiumve notans *sum* dat genitivum 1.

1. *Adolescentis est* majores natu vereri. *Cic.*

De refert *&* interest.

Refert inter-&-est quosvis poscunt genitivos 1
Possessiva regunt pronomina, sed vice patrum
In sexto 2. capiet *cuja* non *cujus* utrumque 3.

1. *Illorum* magis quam sua *refert*. Sal. *Interest omni*

um rectè agere. *Cic.* 2. *tua* quod nihil *refert* percontari desinas. *Ter.* aut *nostra* aut ipsorum *interest.* Cic. 3. *cujâ refert.* Cic. Cædes potissimum datur ei *cujæ interfuit* Cic.

Annot.

Refert & *interest* regunt ablativos fœminini generis quia componuntur cum nomine res.

Refert sæpius regit genitivos *tanti, quanti, magni, parvi, &c.* Addito substantivo reguntur in ablativo ut *parvo discrimine refert* quo gestu lepores aut quo gallina secetur. Juv.

De verbis æstimandi.

Estimo cum verbis ejusdem significati 1.
Dant patrios multos 2. quos glossa recludet abunde 3.

1. *Curo, puto, facio, consulo, duco, pendo, habeo, refert, sum, interest, vendo, licitor, addico, taxo,* & fors plura. 2. *pluris est* oculatus testis unus, quam auriti decem. Plaut. 3. *tanti, quanti,* cum compositis, *pluris, minoris, plurimi, æqui, parvi, nihili, nauci, flocci, boni, magni, infiniti, assis, pili, hujus, teruncii.*

De verbis memoriæ & oblivionis.

Verba recordandi, obliviscendiq; requirunt
Aut patrium 1. aut quartum 2. patrium (si mentio fiat)
Solum, vel sextum, (mediet si præpositura.)
Verba recordandi nunquam non rite requirunt 3.

1. Homo qui in homine calamitoso est misericors *meminit sui.* Publ. Proprium est stultitiæ aliorum cernere vitia *oblivisci suorum.* Cic. 2. *omnia* quæ curant senes *meminerunt.* Cic. *nihil oblivisci* soles nisi injurias Lactant. 3. neq; hujus *rei meminit* Poeta. Quint. *De quibus* multi *meminerunt.* Quint.

De verbis accuſandi; damnandi, abſolvendi, & monendi.

Criminis, aut pœnæ patrium cum talibus optant.
Hæc verba *accuſo* 1. *damno* 2. *abſolvoq*; 3. monendi
Verba regunt moniti patrium 4. dicta omnia poſcunt.
Interdum & ſextum mediet ſi præpoſitura 5.
At ſolum ſextum generalis nominis optant 6.

1. Qui alterum *incuſat probri*, ipſum ſe intueri oportet. Plaut. 2. 3. Non tu *abſolutus* es *improbitatis*, ſed ille *damnatus* eſt *cædis*. Cic. 4. Adverſæ res *admonuerunt religionum*. Liv. 5. Non committam poſthac ut me *accuſare de* epiſtolarum *negligentiâ* poſſis. Cic. *De altero* me *purgavi*. Cic. *De proditione abſolutus*. Liv. *Terentiam moneas De teſtamento*. Cic. 6. *condemnabo* ego te *eodem crimine*. Cic. Hunc *ſcelere ſolutum* periculo liberavit. Cic.

De verbis animi affectum ſignificantibus.

Affectum mentis ſignantia 1. dant genitivum
Sæpius 2. interdum quædam bene ponito ſexto 3.
Hinc demes *miſeror* quartum ſemper ſibi poſcens 4.
Pœnitet, & *tædet*, *miſeret*, *pudet*, & *piget*, optant
Accuſativum perſonæ cum genitivo 5.
Infinitivum patrii vice ſæpe requirunt 6.

1. Hujuſmodi ſunt *ango*, *erubeſco*, *faller*, *gaudeo*, *gratulor*, *indoleo*, *ingemiſco*, *lætor*, *vereor*, &c. 2. *Neminis miſereri* certum eſt, quia *mei miſeret* neminem. Plaut. *Animi* ſe *angebat*. Ter. Clinia rerum *ſuarum ſatagit*. Ter. *Satagit* potius regit genitivum, quia componitur cum *ſatis*. 3. *angor animi*. Cic. *animi pendemus*. Cic. 4. Cum familiaribus commune *periculum miſerabantur*. Cæſ. 5. Suæ *quemque fortunæ pœnitet*. Cic. *vitæ me tædet*. Cic. *aliorum, te miſeret, tui* nec *te miſeret*, nec *pudet*. Plaut. Te nunc inopis *miſereſcat mei*. Ter. *Fratris* quidem *me pudet pi-*

get-

getq; Ter. 6. Non *pudet te* reliquias vitæ tibi *reſervare*, & id ſolum tempus bonæ menti deſtinare, quod in nullam rem conferri poſſit. Sen. *me* valde *pœnitet vivere*. Cic. *tædet me audire* eadem millies. *Ter.*

De conſtructione urbium, regionum, &c.

Si quæras per *ubi* verbum in patrio regit urbem 1.
Militiæ, belli, atq; *domi*, ſic ponito *humiq;* 2.
Si terniflexûs fuerit numerive ſecundi
In terno aut ſexto 3. mage ſexto, conſtrue ſic *rus* 4.
Si per *quo* quartum caſum dabis 5. *unde* Latinum
Exoptat 6. quibus uſq; cupit *rus* cum domus addi 7.
Præpoſituram urbis ſed raro nomen habebit 8.
Mobile ſi jungas urbi vix poſſit abeſſe 9.
Mobilibus junctis admittunt præpoſituras
Appellativa omnia dicta 10. *domi* excipiatur.
Poſſeſſiva capit pronomina, ſic *alienus* 11.
Perpetuò admittunt loca cætera præpoſituram 12.
Structuram tamen hæc capiunt, ſed rarius urbis 13.

1. *Romæ nutriri* mihi contigit, atq; *doceri*. Hor. 2. unâ ſemper *militiæ* & *domi fuimus*. Ter. Quibuſcunq; rebus *domi* vel *belli* poterant rempublicam augeant. Cicero. *humi jacentem* ſcelera non intrant caſam. *Sen.* 3. ego aio hoc fieri in *Græciâ* & *Carthagini*. Plaut. Cohortes partim *Albæ*, partim *Sulmone* collocavit. *Cic.* Regnavit *Amyclis*. Virg. 4. *ruri* ſe continebat. *Ter.* *Carthaginem* rediit Regulus. Cic. Ibo *rus*. Terentius. Ite *domum*. Virg. 6. Diſceſſit *Brunduſio*. Cic. 7. video *rure redeuntem* ſenem. *Ter.* 8. *profectus* ſum *ad Capuam*. Cic. Legati *ab Ardeâ* veniunt. Liv. 9. magnum iter ad *doctas proficiſci* cogor *Athenas*. Prop. 10. jam ubi vos *dilapſi* domos, & *in rura* veſtra *eritis*. Liv. 11. malo *eſſe* cum timore *domi meæ*, quam cum periculo *domi alienæ*. Cic. 12. *in lemn duxit* uxorem. *Ter.* *Tranſi* ſodes *ad forum*. Ter.

Asiam ad Regem militatum *abiit*. Ter. 13. Cum *Samum* insulam in hibernâ se *recepisset*. Suet.

Regimen dativi verborum.

De *sum habere* significante.

Exoptat substans fixo comitante dativum
Verbum quod per habet nunquam non vult referari 1.

1. Vos *quibus est virtus* muliebrem pellite luctum. *Hor.*

De variis dativum ut proprium casum regentibus.

Hæc casum semper ternum cum talibus optant.

Præsideo 1. *faveo* 2. *studeo* 3. *medeorq;* 4. & *adulor* 5. *Pareo* 6. cum *famulor* 7. *pugno* 8. cum *parcere* 9. *grator* 10. *Irasci* 11. *occurro* 12. *noceo* 13. *auxilior* 14. *juvo* quartum 15.

Exoptat quartum *lædo* 16. ternum dedit olim 17.

1. *Nobismetipsis* ut *imperemus* ratio coerceat temeritatem. *Cic.* 2. fama vix *vero favet*, pejus merenti, melior, & pejor bono. *Sen.* 3. *insiste* huic *negotio* sapienter. *Plaut.* 4. *Medemini religioni* sociorum. *Cic.* 5. *Formæ* puerorum virilitate exciså *lenocinantur*. Quint: 6. *Deo parere* libertas est. Sen. 7. Non enim *uni* privatim *ancillatus sum*, sed quantum quisque reipublicæ studuit, tantum fuit mihi amicus, aut adversarius. *Cicero.*

8. Difficilius est *voluptati* quam iræ *repugnare*. Plin. Apud Historicos sæpius habent ablativum cum præpositione, ut æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes *certant cum iniquitate, luxuria, temperitate, cum vitiis omnibus*. Cic.

9. Est nobilis ira leonis *parcere subjectis*, & debellare superbos. *Virg.* 10. *Gratulor tibi* affinitati viri mediusfidius optimi. *Cic.* 11. Tum Primum *super-*

bi

biæ nobilitatis *obviatum est.* Sal. 12. Dii *hominibus iraſci*, & ſuccenſere conſueverunt. *Cic.* 13. *Bonis nocet* quiſquis pepercit malis. *Publ.* 14. Beneficio *multis commodàſti*, & exemplo omnibus profuiſti, Apul. 15. *audaces* fortuna *juvat.* Virg. 17. Nihil *me lædit.* Cic. 17. Ille clemens, placidus, *nulli lædere*, arridere os omnibus. *Ter.*

De verbis cum præpoſitionibus compoſitis, & a facio A ſervante, & a ſum.

Ex his compoſitum crebro ternum ſibi poſcit *Ante, ſub, inter, ad, in, poſt, præ, con. ob, ſuper* 1. atqui Compoſitum verbi *facio* retinentis *A*, ſic *ſum* 2. (Si tollas *poſſum*) ſemper ternum ſibi poſcunt.

1. Virtus omnibus *rebus anteit.* Plaut. *Mihi* res non me *rebus ſubmittere* conor. *Hor.* Lupus *intervenit ſabulæ.* Proverb. Parcus ob hæredis curam, nimiumq; ſeverus *aſſidet inſano.* Hor.

Miſerum eſt aliorum *incumbere famæ.* Juv. Omnes *poſthabui mihi* res, ita ut par fuit. *Ter.* Suis *Majoribus* virtute *præluxit.* Cic. Omnis oratio *moribus conſonet.* Cicero. Peccaturo *obſiſtat tibi* filius infans. *Juv.* Defletæ ac prope perditæ *urbi* hoſtes *ſuperveniunt.* Juſt.

2. Pulchrum eſt *beneſacere reipublicæ.* Sal. *Luxuriæ deſunt* multa, avaritiæ omnia. *Publius.*

De dativo ornatiſſimè poſito, pro accuſativo cum præpoſitione.

Hæ voces *verto, ſum, duco, do*, ſimileſq;
Exoptant ternum, pro quarto, & præpoſiturâ 1.

1. *Fuiſti* mihi *præſidio*, triſtiſſimis meis temporibus. *Cic.* Pro in præſidium. Magno ſibi *uſui fore* arbitrabatur. *Cæſ.* Quod aliis *vitio vertis*, id ne tibi *laudi duxeris*

duxeris. Varro. Nucleum amisi, *reliquit pignori* putamina. *Plaut.*

De impersonalibus.

Paucis exceptis 1. impersonalia ternum
Cuncta prius non dicta volunt 2. at *pertinet*, atq;
Attinet, & *spectat* quartum cum præpositura 3.

1. De his agitur in regulâ secundâ de accusativo verborum.

2. Non cuivis *homini contingit* adire *Corinthum*, *Hor.* *Cui* cum paupertate bene *convenit*, Dives est, non qui parum habet, sed qui plus cupit pauper est, *Sen.* Hoc *præstat* amicitia *propinquitati*, quod ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitiâ non potest. *Cic.* Prima cratera *ad sitim pertinet* secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam. *Apul.* Jamne me vis dicere, quod *ad te attinet*. Ter. Si *ad perniciem* patriæ res *spectabit*, patriæ salutem antepones saluti patris. *Cic.*

De accusativo verborum.

Activè signans verbum quartum dabit omne 1.

1. *Iracundiam* qui *vincit*, *hostem superat* maximum. *Publ.* Nec *tardum operior*, nec præcedentibus insto. *Horat.*

De impersonalibus.

Dedecet, atq; *decet*, *juvat*, & *delectat*, *oportet*,
Infinitivum cum quarto rite requirunt 1.

1. *Oratorem irasci* minime *decet*, *simulare* non *dedecet*. Cic. *Delectat puerum* probum diligenter *studere*. Quid *juvat* immensum *te* argenti pondus & auri, furtim defossâ timidum *deponere* terrâ. *Hor.* *Oportet mendacem esse* memorem. Proverb.

De

De geminum accuſativum diverſum regentibus.

Celo, rogo, doceo, moneo, cum talibus optant
Diverſos quartos 1. quorum regimen variatur 2.
Illorum paſſiva rei quartum bene poſcunt 3.
Structuram ſimilem cum talibus *induor* optant 4.

1. *celo te* hanc *rem.* Ter. Nulla ſalus bello *pacem te poſcimus* omnes. *Virg.* Quid nunc *te* aſine *literas doceam.* Cic. *Eos hoc moneo.* Cic. Monendi verba ſolum his aut ſimilibus accuſativis junguntur, *hoc, iſtud, id, idem, quod, nihil,* &c. 2. *de inſidiis te celare* voluit. *Cic. Senatum edocet de itinere* hoſtium. *Cic.* 3. *Motûs doceri* gaudet Jonicos matura virgo. *Hor.* Nec tantum *ſegetes alimentaq;* debita dives *poſcebatur* humus, ſed itum eſt in viſcera terræ. *Ovid. Multa* extis *admonemur.* Cic. 4. *Thoracem indutus* procedit ad milites. *Curt.*

De ſpatio temporis.

Quam poſcendo diu 1. quamdudum ſive rogando 2.
Quarto vel ſexto reſponde, ſed mage quarto.
Crebro præponit quartus ſibi præpoſituram 3.

1. *Noctes* atq; *dies* patet atri janua ditis. *Virg.* Vixit *annis* viginti octo, *imperavit triennio.* Suet. 2. Pater *duos & viginti annos* abhinc *mortuus eſt.* Cic. Abhinc *annis quindecim.* Cic. Arbitror oportere illum qui ſit templum ingreſſurus, pure *vivere per totam vitam.* Cic.

De ſpatio & diſtantiâ loci.

Si quantum pateat 1. vel diſtet quæſtio fiat 2.
Quarto vel ſexto reſponde, ſed mage quarto.

1. Hernicinæ ſilvæ latitudo novem dierum *iter* expedito *patet.* Cæſ. 2. ædificia non ſunt admota muris, ſed fere *ſpatium* unius jugeris *abſunt.* Curt. *Longis* inter ſe *paſſibus abſunt.* Virg.

De

De verbis vi præpositionis regentibus.

Compositum crebrò casum dat præposituræ
Verbum 1. quam tamen interdum retinere videbis 2.
1. Equitatum *pontem traduxit.* Cæs. *exeat aulâ* qui vult esse pius. *Luc.* 2. *in amore* hæc omnia *insunt* vitia, injuriæ, suspiciones, inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rursum. *Ter.* *Annotatio.*

E & *ex* valent etiam *extra*, & *præ*, *præter*, hinc verba cum iis composita interdum regunt accusativum.

De ablativo verborum.
De verbis adjunctum significatibus.

Verba regunt sextum si adjunctum significabit 1.
1. Virtus repulsæ nescia sordidæ, intaminatis *fulget honoribus.* Hor.

De verbis pretij.

Verba regunt sexto pretium 1. pones sine fixo
In patrio *pluris*, *tanti*, *quanti*, atq; *minoris* 2.
Cum fixo in sexto 3. raro quartum *valeo* vult 4.
1. *Parvo* fames *constat*, *magno* fastidium. *Sen.* 2. *vendo* meum non *pluris*, quam cæteri, fortasse etiam *minoris.* *Tanti te vendimas quanti* queas. 3. *Tantâ mercede docuit*, quantâ hactenus nemo. *Gel.*
4. Denarii dicti quod *denos* æris valebant,
Quinarij quod *quinos.* Varro.

Hæc sextum donant *vescor*, *fungor*, *fruor*, *utor* 1.
Attamen hæc raro cum quarto juncta videbis 2.
1. Malevolus semper suâ *naturâ vescitur.* Publ.
Defuncta morbis corpora salubriora esse cœperunt. Liv. Commoda *quibus utimur*, lucem quâ *fruimur*,
spi-

ſpiritum quem ducimus, a Deo nobis dari & impertiri videmus. *Cic.*

2. Eo inopiæ venerunt ut *infirmiſſimos* ſuorum mox ſorte *ductos veſcerentur.* Tacit.

Functus eſt *officium* liberalis adoleſcentuli. *Ter.* Exorare poterat ut ſinat ſeſe *hanc frui.* Plaut. Mea *bona utantur.* Ter.

De verbis copiæ & egeſtatis.

Impleo cum *ſaturo, careo, potiorq;* & *abundo,*
Adde *refercit, eget, fruſtor, capio, ſatioque.*
Hæc patrium raro donant 1. ſed ſæpius optant
Sextum 2. quem ſolum donabunt talia verba.
Perraro invenies *potior* quartum ſibi poſcens 4.

1. *Implentur* veteris *Bacchi* pinguiſque *ferinæ.* Virg. hæ res *vitæ* me ſoror *ſaturant.* Plaut. Omnes labores mihi leves fuere præterquam *tui carendum* quod erat. *Ter.* Cui fatum foret *urbis potiri.* Sall. Quarum & *abundemus rerum* & *quarum indigeamus.* Lucan. Caſtra *referta* regalis *opulentiæ* capta. *Juſt.* *Egens* benignæ Tantalus ſemper *dapis.* Hor *Captionis* verſutè excogitatæ *fruſtratus* eſt. *Gell.* Segnis & velut *captus animi.* Tac. *Satiatus & ævi & decoris.* Sill. 2. Quod *caret* alternâ *requie* durabile non eſt. *Ovid.* Auro *Vi potitur,* quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames. Virg. Integer vitæ ſceleriſque purus, non *eget* Mauri *jaculis* neque *arcu.* Hor. *Spe fruſtratus* inani. Arator. *Oculis capti* fodere cubilia talpæ. *Virg.* 3. Ægritudo me *ſomno privat.* Cic. Juſtum eſſe facile eſt, cui *vacat* pectus *metu.* Sen. Nota. Reliqua hujus regulæ regunt ſuum ablativum Adjuncti. 4. fortiter malum qui patitur, idem poſt *potitur bonum.* Plaut.

De ſpecie temporis.

Da ſextum caſum ſi tu per quando rogeris 1.
Aut intra quantum tempus, vel tempore quanto 2.

Da raro ſextum 3. aut quartum cum præpoſitura 4.

1. *Ille* nocens ſe *damnat* quo peccat *die*. Publ. 2. Si quoties peccant homines ſua fulmina mittat, *Jupiter exiguo tempore inermis erit*. Ovid. 3. *Intempore* ad eam *veni*. Ter. 4. Duo *fuerunt per id tempus* diſſimiles inter ſe. *Cic.*

De ablativo partis.

Partem verba regunt totius rite Latino.

1. Ut *totâ mente* atque *omnibus artubus contremiſcam*. Cic.

De verbis removendi, diſtandi & accipiendi.

Aſciſcunt ſexrum (mediet ſi præpoſitura.
Hæc verba *amoveo, diſto,* ſic *accipioque*.
Cum verbis aliis ejuſdem ſignificati 1.
Attamen interdum cernes, conſtructa dativo 2.

1. Peſtem *ab Ægyptiis pellunt* ibes. Cic. Exculta hominum vita tantum *differt a cultu* & *victu* beſtiarum. Cic. *ab alio expectes* alteri quid feceris. *Publ.* 2. Solſtitium *pecori defendite*. Virg. paulum ſepultæ *diſtat inertiæ* celata virtus. *Hor. æquitati* multum *auſert* fraus impiorum. *Cic.*

De verbis paſſivis.

Paſſive ſignans ſextum (qui rectus habetur,
Semper in activo ſenſu) cum præpoſiturâ.
A vel ab accipiet.
Præterea aſciſcunt impersonalia caſum
Activi verbi 2. quartum niſi poſtulet illud.

1. Heu quam miſerum eſt *ab illo lædi* de quo non poſſis quæri. *Publ.* 2. *Sapienti* non *nocetur a paupertate*, non *a dolore*, aut *aliis tempeſtatibus* vitæ. *Sen.*

Ob-

Observatio de ablativis sine rectore positis.

Absque regente duos sextos persæpe videbis.
Quos aptè referat cum verbo oratio recti.
Si præeat *quando*, *dum*, *postquam*, vel similis vox. similis
1. Tiberium Principem *tonante cœlo* coronari lauro solitum ferunt contra fulminum ictus. *Plin.*

Appendix.

De verbis varie constructis sub eadem significatione.

Acquiesco huic *rei* vel *in hâc re*. *Aspergo tibi labem* vel *te labe*. *Antecedo*, *Anteflo*, *Anteeo tibi* vel *te*. *Attendo tibi* vel *te*. *Adulor tibi* vel *te* rarius. *Conducit huic rei* vel *adhanc rem*. *Consentio tibi* vel *tecum*. *Comitor tibi* vel *te* elegantius. *Dono tibi librum*, vel *te libro* elegantius. *Dominor victis* vel *in victos* vel *in urbe*. *Dissentio*, *dissideo tibi* vel *a te* vel *cum te*. *Exuo tibi vestem* vel *te veste*. *Gratulor tibi felicitatem* vel *tibi de felicitate*. *Illudo*, *Insulto alicui* vel *aliquem* vel *in aliquem*. *Induo tibi vestem* vel *te veste*. *Insterno equo penulam* vel *equum penulâ*. *Interdico tibi hanc rem* vel *tibi de hâc re*. *Medeor vita* vel *vitiis* elegantiùs. *Obtrectare laudibus* vel *laudes*. *Occumbere mortem* vel *morti* elegantiùs. *Palpor aliquem* vel *alicui* elegantiùs. *Percontari aliquem* vel *alicui de re* elegantiùs. *Præsto*, *præcello*, *præcedo*, *præcurro*, *præverto tibi* vel *te*. *Præsto tibi*, pro *præcello* elegantiùs. *Prohibeo alicui domum* vel *aliquem domo*. *Subire arci* vel *arcem*.

De verbis variè constructis sub diversâ significatione.

Accedo tibi id est *assentior* vel *accresco* vel *adjungor*. *Accedo te* id est *adeo*. *Æmulor tibi* id est *invideo*, *Æmulo*

te. Id eſt *imitor. Auſculto tibi,* id eſt *obedio, Auſculto te,* id eſt *audio. Caveo tibi* id eſt *provideo* vel *periculum a te averto. Caveo periculum*, id eſt *vitare. Caveo a te* id eſt *vito te. Caveo de aliquo*, id eſt *ſtatuo aliquid ad cautionem. Conſulo tibi* id eſt *conſilium do* vel *proſpicio. Conſulo te* id eſt *conſilium a te peto. Conſulo in te* id eſt *benè* aut *malè tecum ago. Contingit mihi* id eſt *accidit. Contingit me* id eſt *tangit. Cupio tibi* id eſt *faveo. Cupio te* id eſt *deſidero. Deficit mihi* id eſt *deeſt. Deficit me* id eſt *deſtituit. Deficit ab aliquo* id eſt *deſciſcit. Do tibi literas* id eſt *ut perferas. Do ad te literas* id eſt *ad te ſcribo. Do tibi librum* eſt *dono. Do pœnas* eſt *luo* vel *patior. Do verba* eſt *fallo. Fœnero* vel *fœneror tibi* eſt *do ad uſuram. Fœnero abs te* eſt *accipio ad uſuram. Impono tibi* id eſt *decipio. Impono aliquem humeris* vel *alicui onus* id eſt *ad portandum. Incumbo aratro* eſt *innitor. Incumbo in* vel *ad aliquid* eſt *ſtudeo. Ingurgito me cibis* eſt *nimis ſaturo. Ingurgito me in flagitia* eſt *immergo. Intereſt lectioni* eſt *præſens eſt*, & ſic *in lectione* & *in lectionem. Intereſt ſtulto* vel *inter hominem* & *belluam* eſt *differt. Intereſt amnis* id eſt *in medio eſt. Metuo tibi* eſt *ſolicitus ſum de te* ut *amico. metuo te* vel *a te* eſt ut *inimico*, ſic *timeo, formido, &c. Proſpicio meæ ſaluti* eſt *ſalutem procuro. Proſpicio periculum* eſt *provideo. Peto mihi librum* eſt *rogo ut mihi detur. Peto eum lapide* eſt *invado. Recipio tibi* eſt *promitto. Recipio te* eſt *iterum accipio. Recipio me domum* eſt *confero me domum* vel *eo. Refero tibi* eſt *reporto* vel *narro. Refero ad te* eſt *ad conſultationem fero. Renuncio hoſpitio* eſt *recuſo. Renuncio conſulem* eſt *declaro. Solvo tibi* eſt *ſatisfacio. Solvo te* eſt *libero. Studeo huic uni, in hoc unum, in hoc uno*, id eſt *huic uni operam do. Studeo unum* eſt *cupio. Tempero mero* id eſt *modum impono. Tempero ſocios* id eſt *affectus eorum rego. Tempero ſociis* eſt *a ſociis abſtineo. Vaco Grammaticæ* id eſt *operam do. Vaco ad ineptias* eſt *otium habeo. Vaco culpâ* eſt *careo. Vacat locus* eſt *vacuus eſt.*

De

De Rectione Infinitivi modi.

Infinitivus sibi vult præponere quartum 1.
Semper supprimitur persona reciproca cum fit 2.
Emphasis aut personarum discretio ni fit 3.
Sæpe capit præ se casum verbi præeuntis 4.
Infinitivus cum casu 5. vel sine casu 6.
Et quanti adverbûm pro quarto sæpe locatur 7.

1. *Hominem experire* multa paupertas docet. *Publ.* aiunt *satere sinet* repuerascere. *Plaut. Annot.* Hujusmodi oratio dicitur *dictum* & resolvitur in *appellatum*. 2. Nulla autem effigies nulli comissa metallo forma Dei mentes *habitare* & pectora *gaudet*. *Stat.* 3. Dico ego *me scribere* tu ais *te legere*. Ille ait *se ludere*, 4. Natura *beatis omnibus esse* dedit si quis cognoverit uti. Claudianus. *Annot.* Hoc fit ante Infinitivum utrinque eundem casum habentem. 5. Virtutem primam *esse* puta *compescere linguam*. Cato. 6. Homini aiunt non *nasci esse* bonum, natum aut citò morte potiri. *Ausf.* 7. aiunt *partim* hostium *esse* occisum.

De Regimine Gerundiorum.

Est substantivo conjunge gerundia recti
Quando necesse nosunt, fermè comitante dativo 1.
Mobile vel fixum regit id quod definit in *di* 2.
In *do* quod terni est regitur ceu dictio quævis 3.
In *dum* quod quarti est gaudet præponere *ad inter*.
Rariùs *ante* vel *ob*, vel *circa* jungitur illi 4.
In *do* præcedunt *in*, *ab*, *ex*, *cum*, *de*, similesque 5.
Atque etiam cernes aptè sine præpositurâ 6.
Activi casum poscunt hæc omnia post se 7.

1. Ad

1. Alieno more *vivendum est mihi*. Ter. 2. *Peritissimus belli gerandi*. Cic. *Negandi causa* avaro nunquam deficit. *Publ.* 3. Nec tu *solvendo* eras. *Cic.* Supple *aptus* vel *idoneus*. 4. Locus *ad agendum* amplissimus. *Cic.* Inter *agendum* occursare capro cornu ferit ille caveto. *Virg.* Ob *absolvendum*. Cic. Plus eloquentia *circa movendum* valet. *Fab.* 5. *In Judicando* criminosa est celeritas. *Publ.* Ignavi *a discendo* citò deterrentur. *Cic.* *Ex defendendo* quam *ex accusando* uberior gloria comparatur. *Cic.* *Pro vapulando* abs te mercedem petam. *Plaut.* Ratio rectè scribendi *cum loquendo* juncta est. *Quint.* Tu quid cogites *de transeundo* in Epirum scire velim. *Cic.* 6. Memoria *excolendo* sicut omnia alia *augetur*. Quint. 7. *Utendum* est *ætate* cito pede labitur ætas. *Ovid.*

De Supinorum constructione.

Substanti verbo recti quadrato supinum 1.
Si quarti fuerit, verbum motus regit illud 2.
Hæc post se casum proprii verbi sibi poscunt 3.
Vult adjectivum terni donare supinum 4.

1. Ejus otationi vehementer ab omnibus *reclamatum est*. Cic. 2. Fortuna cum blanditur *captatum venit*. Publ. 4. Nec Graiis *servitum matribus* ibo. *Virg.* 4. Nil *dictu fœdum visuque* hæc limina tangat intra quæ puer est. *Juv.* Nota. Tum supinum tum gerundium nominativi casus possunt mutari in accusativum ante esse vel fuisse.

De Participiorum Constructione.

Dant proprii casum tibi participantia verbi 1.
Dant sextum casum quels significatur origo 2.

At-

Atque etiam cernes aptè cum præpositurâ 3.

1. Malo virum pecuniâ quam pecuniam *viro indigentem.* Val. ætas parentum pejor avis. tulit nos nequiores mox *daturos progeniem* vitiosiorem. *Hor.* Provincia *ab* hostium *populatione defensa.* Cic. 2. *Sate sanguine* Divum. Tros Anchisiade facilis descensus Averni. *Virg.* 3. Abstineas igitur damnis hujusce etenim vel una potens ratio est ne crimina nostra sequantur *ex nobis geniti.* Juv.

De Adverbiorum Constructione.

Quibus orationis partibus adverbia adhærent.

Junguntur verbis adverbia 1. jungier optant

Participiisque 2. aliis constructa adverbia cernes 3.

1. *Bis vincit* qui se vincit in victoriâ. *Publ.* 2. *Male parta* malè dilabuntur. *Cic.* 3. *sat sito si sat bene* Cic.

De Derivatis.

Unde oritur casum vox derivata requirit 1.

1. Lynces *quadrupedum* omnium *clarissime* cernunt. *Plin. mihi bene* est, quia *tibi bene* est. *Plin.*

De adverbiis temporis, loci & quantitatis.

Temporis atque loci quæntique adverbia quædam a exoptant patrium 1.

1. *Postridie* illius *diei* villicum vocet. *Cat.* Nihil istarum rerum quæ nos *ubique itineris* comitantur indigemus. Apul. *Sat sautorum* habet qui recte facit. *Ter.*

Quibus modis verborum quæ adverbia adhærent.

Antequam, ubi, postquam, simulac simulatq; priusquam, Cum simul utcunque hæc dant primum 1. sive secundum 2

Optandi exoptant adverbia cuncta secundum 3.
ut postquam signans vel *quomodo*, vult sibi primum 4.
ut signans *sicut*, vult primum vixque secundum 5.
Donec quamquè diu pro primum, alias dat utrumque.
Dum rem præsentem si signet, vult sibi primum 7.
Dummodo vel *donec* si signet pone secundum 8.
Hæc *quasi* proque *quàsi ceu tanquam* junge *perinde*,
Ac si conjunctim, donabunt ritè secundum 9.
Ne prohibens ternum donabit sive secundum 10.
Ne quærens primum semper sibi jungere gaudet 11.
Ne signans *ut non* jungit sibi ritè secundum 12.

1. *Antequam* pro Muræna dicere *instituo* pro me ipso pauca dicam. *Cic.* hæc *ubi* dicta *dedit*. Virg. *Postquam ludificatus est* virginem ad rem respexit. Ter. *Simulac* belli parlens *erat*. Sal. Omne animal *simulatque* natum *est* voluptatem appetit. *Cic.* *Priusquam pergo*. Ter. Non nihil me consolatur *cum recordor* quantâ me complecteris benevolentia. *Cic.* *utcunque erit*. Liv. Otium divos rogat in patenti prensus Ægæo *simul* atra nubes *condidit* lunam. *Hor.* 2. Sed mihi vel optem tellus priùs ima dehiscat, *antè* pudor *quam* te *violem*, aut tua jura resolvam. *Virg.* *ubi* quis semel *peieraverit*, ei credi postea non oportet. *Cic.* Sive antequam ver prævenerit, sive *postquam hyemârit*, post eum diem innumera cura rusticos distringit. *Plin.* Gratissimum mihi feceris si ad me *simulac* adeptus *fueris* mittas. *Cic.* *Simulatque adoleverit* ætas. *Virg.* *Priusquam incipias* consulto, & ubi consulueris maturè facto opus est. *Sal.* *Cum* jurato sententia dicenda *fuit*, meminerit Deum se testem adhibere. *Cic.* *utcunque est* migratur illo ipso tam iniquo loco hostem aggredi placuit. *Liv.* *Simul* tibi in mentem *venerit*. Cic. 3. *O* mihi præteritos *referat si* Jupiter annos. *Virg.* *utinam* promissa *liceret* non dare. Ovid. 4. *ut* Regem æquevum crudeli vulnere *vidi* vitam exhalantem. *Virg.* *ut vidi! ut perii!* *ut* me malus *abstulit* error. Virg. 5. *ut salutabis* ita resalutaberis: Proverb.

ut

ut sementem *feceris*, ita & metes. Cic. 6. *Donec eris* fœlix multos numerabis amicos. *Ovid.* Cogere *donec* oves stabulis numerumque referre *jussit*. Virg. *Donec* ea aqua quam adjeceris decocta *sit*. Colum. 7. *Dum apparatur*. Virg. *Dum prosim* tibi *Ter.* 9. *Quasi* non *norimus* nos inter nos. *Ter.* Ceu vero *nescias* adversus Theophrastum scripsisse etiam fœminam. *Plin.* Sic vive cum hominibus *tanquam* Deus *videat*, sic loquere cum Deo *tanquam* homines *audiant*. Sen. *Perinde ac si* virtute *vicissent*. Cæsar. 10. *Ne crucia* te. *Ter.* *Ne* fidos inter amicos *sit* qui dicta foras eliminet. *Hor.* 11. Quid puer Ascanius *superatne*. Virgil. 12. Qualem commendes etiam atque etiam aspice *ne* mox *incutiant* aliena peccata pudorem. *Hor.*

De vocibus infinitè positis sive sint adverbia necne.

Infinita modo junguntur ritè secundo.

1. Miror *quid* causæ *fuerit*, *quare* consilium *mutâris*. Cic. Delphini *quonam modo audiant* mirum. *Plin.* Nihil interest ad beatè vivendum *quali utaris victu*. Cic. incertum est *quo* te *loco* mors *expectet*, itaque tu illam omni loco expecta. *Sen.*

DE PRÆPOSITIONUM SYNTAXI.

De præpositionibus regentibus Accusativum.

HÆ voces quartum donabunt 1. *circiter*, *extra*, *Ad*, *penes*, *ante*, *secus*, *trans*, *infra*, *præter* & *intra*, *Citra*, *apud*, *adversus*, *supra*, *cisque*, *ultra*, *secundum*. *Erga*, *post*, *propter*, *circum*, *circa*, *prope*, *contra*,

Pone, per, ob, juxta, ſic *inter, verſus* & *uſque.*

E quibus exoptant poſtponi *verſus* & *uſque.*

1. Redito huc *circiter meridiem.* Plaut. Homo *extra corpus* eſt ſuum cum iraſcitur. *Publ.* Multi *ad ſapientiam* perveniſſent, niſi putâſſent ſe hactenus perveniſſe. *Sen.* Omnia adſunt bona *quem penes* eſt virtus. *Plaut.* Dicique beatus *ante obitum* nemo ſupremaque funera debet. *Ovid. Secus decurſus* aquarum ſeruntur ſalices. *Plin.* Cœlum non animum mutant qui *trans mare* currunt. *Hor.* Ova incubari *infra decem dies* edita utiliſſimum. *Plin. Præter hominem* ſomniare equos, canes, boves, pecora, capras palam eſt. *Plin.* Crede mihi bene qui latuit bene vixit & *intra fortunam* debet quiſque manere ſuam. *Ovid.* Ede *citra* cruditatem, bibe *citra ebrietatem.* Sen. Bonum *apud virum* citò moritur iracundia. *Publ.* Ne hercules quidem *adverſus duos.* Prov. Nota. Utimur quoque adverſum & exadverſum. Quæ *ſupra nos* nihil ad nos. Proverb. *Cis Rhenum* fuit atque intra mare noſtrum. Sal. *ultra Garamantas* & indos proferet imperium. *Virg.* proximè & *ſecundum Deos* homines hominibus maximè utiles eſſe poſſunt. *Cic.* Affecti *erga amicum* ſimus eodem modo quo *erga noſmetipſos.* Cic. Neque decedit æratâ triremi & *poſt equitem* ſedet atra cura. Hor. Is denique honos mihi videri ſolet, qui non *propter ſpem* futuri beneficii, ſed *propter* magna *merita* claris viris defertur & datur. *Cic.* Ter *circum* Iliacos raptaverat Hectora *muros*, exanimumque auro corpus vendebat Achilles. *Virg.* Pleraque *contra frigus* ex ſuo corpore veſtiuntur, & arma iis ingenita quædam ex obvio fere victu, circa quæ omnia multis hominibus labor eſt. *Quint.* Cum *prope* id *oppidum* copiæ conſtitiſſent. Curt. *Contra verboſos* noli contendere verbis. *Cato.* Domitianum ferunt ſomniaſſe gibbum ſibi *pone cervicem* aureum enatum. *Suet.* Præcepta *citra exercitationem* per ſe nihil proſunt. Fab. *Ob delictum* Dii pœnas exposcunt. *Cic.* Populi imperium

rium *juxta libertatem* paucorum dominatio regiæ libidini propior eſt. Tacit. bonis *inter bonos* neceſſaria eſt amicitia. *Cic.* Ego *portum verſus* pergam & perquiram. Plaut. *Romam uſque* iter habeo. *Cic.*

De *præpoſitionibus regentibus ablativum.*

HÆ voces ſextum donant *abs, a, tenus, abſque, Ex, e, de, coram, cum clam, pro, præ, procul*, ac *ab*. Adde *palam ſine* 1. pluralis patrium *tenus* & dat. Signantem bina, aut numero præeunte carentem 2. Pluralem raro integrum 3. poſtponito ſemper. *Clam procul* (at raro) quartum quandoque requirunt 4.

1. *A me* nulla tibi orta eſt injuria. *Ter.* Antiochus a ſcipione devictus *Tauro tenus* regnare juſſus eſt. *Cic.* *Abs* quovis *homine* benificium cum opus eſt accipere gaudeas. *Ter.* *Ab alio* expectes alteri quod feceris. *Publ.* *Ex vitio* alterius ſapiens emendat ſuum. *Publ.* *E re* nata melius haud fieri potuit. *Ter.* *De inimico* ne loquare malum ſi cogites. *Publ.* Cantabit vacuus *coram latrone* viator. *Juv.* Recede in teipſum quantum potes, cum his verſare qui te meliorem facturi ſunt, illos admitte quos tu meliores potes facere. Seu. Non *clam me* non *clam te* eſt. *Ter.* *Pro jucundis* aptiſſima quæque dabunt dii. *Juv.* Qui accipit injuriam meminit & *præſi* fert. *Cic.* Illud *procul vero* eſt, quod plerique crediderunt, facillimum eſſe, nec ullius acuminis ruſticationem. *Col.* *Abſque pecuniâ* miſere vivitur. *Ter.* Rem creditori *palam populo* ſolvit. *Liv.* Sine *Cerere* & *Baccho* friget Venus. *Ter.* 2. *Crurum tenus* a mento palearia pendent. *Virg.* Illi rumores *Cumarum tenus* caluerunt. *Cæl.* 3. Se aquila *nubium tenus* altiſſimè ſublimavit. Apul. 4. *Clam*

vos sunt facinora ejus. *Cic.* villa est Campaniæ haud procul *Neapolin.* Plin.

De præpositionibus nunc accusativum nunc ablativum regentibus.

Sub, super, in subter quartum sextumq; requirunt.
Si signent motum, quartum sibi sæpius optant.
Sub signans tempus dat quartum 1. alias dato sextum.
Datq; *super* quartum pro tempore 2. *præter* & *ultra* 3.
In de vel *propter* si signet dat modo sextum 4.
In quartum signans *contra, erga,* sic *apud, ad pro* 5.
Ast alias sextum 6. *subter* jungatur utrivis 7.
Subter dat sextum tantum pro more Poetæ 8.

1. *Sub cænam* paulisper inambula, cænatus idem facito, *sub cænam* exquisiti quippiam ac memoriâ dignum legito. *Erasmus.* 2. Sæpe est *sub palliolo* sordido sapientia. Cæcilius. 3. *Super cænam.* Plin. id est tempore cænæ. *Super bellum* annona premebat. Liv. *Super Garamantas* & Indos proferet imperium. Virg. Hic tamen hanc mecum poteris requiescere noctem *fronde super* viridi. Virg. Multa *super Priamo* rogitans *super Hectore* multa. Virg. *His* accensa *super.* Virg. 5. Quam iniqui sunt patres *in* omnes *adolescentes* judices. *Ter.* Amor *in patriam.* Cic. Non probantur *in vulgus.* Cic. Emptos *in cænam.* Ter. *In præsidem* esse jussit. *Curt.* 6. Verum decus *in virtute* positum est, quod maxime illustratur magnis in rempublicam meritis. *Cic.* 7. Ferre libet *subter* densâ *testudine* casus. Virg. 8. Plato iram in pectore cupiditatem *subter præcordia* collocavit. *Cic.*

DE

De Interjectionum constructione.

HEus & *oh* quintum dat & *O* nota trita vocandi 1. *O* exclamandi primum, quartum quoque quintum 2. *Ah, vah, proh*, quartum ac quintum 3. quartum sibi vult *hem* 4.

En, ecce, heu, primum ac quartum 5. ac *hei, væ*; dativum 6.

Interdum dabit *heu*, velut *hem*, simul *ecce* dativum 7.

Ecce probri signum. simul *en* poscunt modo quattuor 8.

1. *Heus Syre.* Ter. *Ohe libelle.* Mart. *O Melibœe* Deus nobis hæc otia fecit. Virg. 2. *O vir fortis* atque *amicus.* Ter. *O* præclarum *custodem* ovium (ut aiunt) lupum. Cic. *O Dave* itane contemnor abs te. Ter. 3. *Ah, me*, miserum. Ter. *Vah inconstantiam.* Ter. *Proh* Deûm atque hominum *fidem.* Ter. *Ah mihi* homo sanusne es. Ter. *Vah* mea *Antiphila.* Ter. *Proh* sancte *Jupiter.* Plaut. *Hem astutias.* Ter. *En dextra* fidesque. Virg. *Ecce tibi* status noster. *Cic. Heu* prisca *fides.* Virg. *En* quatuor *aras.* Virg. *Ecce* tibi duo Daphni duoq; altaria Phœbo. Virg. *Heu stirpem* invisam. Virg. *Hei mihi* quod nullis amor est medicabilis herbis. *Ovid. væ* misero *mihi* quantâ de spe decidi. Ter. *Heu* misero *mihi.* Virgil. *Hem tibi* Davum. Ter. *Ecce tibi* nuncius. Cic. 8. *Ecce* autem *alterum.* Ter. *En animum* & frontem. *Juv.*

De conjunctionum Constructione.

De copulativis, disjunctivis & quibusdam aliis.

CAsus copulat atque modos conjunctio eosdem 1.
Excipe diversos si poscat dictio casus 2.

Di-

Diversumque modum sensus quandoque requirit 3.

1. *Pulvis & umbra* sumus. Hor. Omnes *trahimur & ducimur* ad scientiam cupiditate gloriæ. Cic. Nota. Copulandi etiam vim habent *quâm, nisi, præterquam, licet* & alia hujusmodi ut fortunam citius *reperias quam retineas.* Publ. *inimicum quamvis humilem* docti est metuere. Publ. 2. Aut *nostrâ aut ipsorum* interest. *Cic.* 3. Oneris quidvis *impone & feret.*

Quibus modis quæ conjunctiones adhærent.

SÆpius hæ primo, *quanquam etsi* junge *tametsi* 1. *quamvis* atq; *licet* junguntur ritè secundo. *utq;* notans *quamvis* 2. *etiamsi* jungito utrique 3. *Quandoquidem quando quoniam* primum sibi poscunt 4. Has voces ac his similes conjunge secundo. *ut, ne,* jungito *uti, quo, qui, quin, dummodo,* juncta 5. Rarius has primo, sed sæpius. adde secundo. *Ni, nisi, si siquidem, quod cum, sic sin, quia postquam* 6.

1. *Quanquam sumus* pauperculi est domi quod edamus. Plaut. *quanquam* ita se rem habere *arbitrarentur.* Cic. *etsi vereor* judices. *Cic. Etsi* illis plane orbatus *essem.* Cic. Tametsi jactat ille illud suum arbitrium *Cic.* Memini *tametsi* nullus *moneas.* Ter. 2. Quod turpe est *quamvis occultetur* tamen honestum nullo modo fieri potest. *Cic.* Qui statuit aliquid parte inauditâ alterâ æquum *licet statuerit* haud æquus fuit. Sen. *ut desint* vires tamen est laudanda voluntas. *Ovid.* 3. Tibi *etiamsi* non *desideras* tamen mittam. Cic. *Etiamsi* tu *neges* certò scio. Ter. 4. *Quandoquidem* in molli *consedimus* herbâ. Virg. *Quando* ego non *curo* tuum ne cura tu meum. Ter. Ea *quoniam* nemini obtrudi *potest* itur ad me. Ter. 5. Avaro quid mali optes ni *ut vivat* diu. Publ. Immortalia *ne speres* monet annus. Hor. Namque videbat *uti* bellantes Pergama circum

hâc

hâc *fugerent* Graii. Virg. Neque enim hoc feci *quo* tibi moleſtus *eſſem*. Cic. Non *qui* argumentum *narret*, ſed *qui* veteris Poetæ maledictis *reſpondeat*. Ter. Nihil eſt tam difficile *quin* quærendo inveſtigari *poſſit*. Ter. Omnia honeſta negligunt *dummodo* potentiam *conſequantur*. Cic. 6. Mirum *ni* domi *eſt*. Ter. *Ni noſſem* cauſam crederem vera hunc loqui. Ter. *Niſi* me *fallit* animus. Ter. Nonne ſatis eſt hoc tibi viſum ſolidum gaudium *niſi* me *lactâßes* amantem. Ter. primum auſcultare diſce *ſi neſcis* loqui. Pomp. Orare juſſit hera *ſi* ſe *ames* jam ut ad ſeſe venias. Ter. *Siquidem* experiundo *ſcies*. Ter. *Siquidem* artis conſummatæ *ſit*. Col. *Quod* ad me *ſcribis* de Hermathenâ pergratum eſt. *Cic.* Mihi *quod defendiſſem* leviter ſuccenſuit. *Cic.* *Cum* hoc non *poſſum* illud minus poſſum. Ter. *Cum* placidum ventis *ſtaret* mare. Virg. *Sin* aliquis *excellit* unus e multis effert ſe. *cic.* *Sin* id parum *procedat*. Sal. non *quia* prodeſſe nunquam ſatis *ſit*, ſed quia hoc perſpicere debet ne quid pejus quam fecerit faciat. Quint. *Poſtquam audierat* non datum iri uxorem. Ter. Sive antequam ver prævenerit, ſive *poſtquam hyemârit*, poſt eum diem inquam innumera cura ruſticos diſtringit. Plin.

De *diſtinctione* *v cum* quod & ut.

DEnotat *ut* finalem, at *quod* cauſam efficientem 1. Ponitur *ut* non *quod* poſt has voces *adeo*, *tot*, *Is*, *tam*, *ſic*, *ideo*, *tantus*, *talis*, ſimileſque 2.

1. Rogo *ut legas* id eſt cauſa finalis meæ rogationis eſt ut legas. Gaudeo *quod ſtudes*, id eſt efficiens cauſa mei gaudii eſt ſtudium tuum. 2. Nunquam *adeo* pro nobis ſolicita eſt lex *ut* quod præſtet extorqueat. Quint. *tot* ſunt *ut* numerari nequeant. Cic. *ea ætate ſum ut*

non

non fit mihi ignoſci æquum. Ter. Nemo *tam* divos habuit faventes, craſtinum *ut* poſſit ſibi polliceri. Sen. Senectus pleriſque *ſic* odioſa eſt, *ut* onus Etnâ gravius dicant ſe in humeris portare. Cic. *Ideo* feci *ut* memor eſſes mei. Olympus *tanta* altitudine eſt *ut* nubes tranſcendant. *Talis* [illegible] *ut* tecum eſſe nemo valeat. *Ita* vivamus ut rationem nobis reddendam poſtea arbitremur. Nota. *ut* poſt verba metuendi ſignificat *ne non* ut, *vereor ut* ſubſtet hoſtis. *Tir.*

DE SYNTAXI ANOMALA vel figurata.

SYNTAXIS figurata eſt quæ communem loquendi conſuetudinem non ſequitur, eſtque varia pro ratione figurarum.

DE ZEUGMATE.

UNius eſt verbi ad diverſa reductio Zeugma
Aut adjectivi, expreſſe quod convenit uni,
Per ſupplementum quadrabit alteri eorum.
Fit numero 1. genere 2. & perſona 3. cumq; ſubaudis.
In toto, quadrat quod partibus 4. & vice verſâ 5.

1. Non *domus & fundus* non æris *acervus* & auri, ægroto domini *deduxit* corpore febres, non animo curas. Hor. Hic illius *arma* hic *currus fuit.* Virg. 2. Servate *liberos fortunaſque veſtras.* Cic. 3. Tu quid *ego* & *populus* mecum *deſiderat* audi. Hor. 4. Quando *duo* ordinarii *conſules* ejus anni, alter ferro, alter morbo *periiſſet.* Liv. 5. Exercitus hoſtium duo, *unus* ab urbe, *alter* à Gallia *obſtitit.* Sal. Nota. Hæc ſpecies ab aliis dicitur Prolepſis.

Syn-

Syntheſis haud vocem ſed ſenſum reſpicit uſque.
Evenit in ſolo genere 1. aut numero 2. vel utroque 3.
Additur his etiam ſi quadret poſterior vox
Voci ſuppreſſæ, prior hanc ſi continet in ſe 4.
Nonnullæ voces ſtructuâ utuntur earum
In quarum ſubiere vicem: raro tamen id fit 5.

1. Ubi *ſcelus qui* me perdidit. Ter. pro *ſceleſtus*. *Centauro* invehitur *magnâ*. Virg. *ſez. navi*. Tanto eſt *Albula pota* Deo *Ovid. viz. aqua*. Quem tranſtulit in *Eunuchum ſuam*. Ter. *viz. fabulam*. 2. *Turba ruunt* in me luxurioſa proci. *Ovid.* pro *ruit*. 3. Maxima *pars* ab equitibus in flumen *acti*. Liv. pro *acta*.. 4. De *Prætianâ* hæreditate (valde enim *illum* amavi.) hoc velim cures. *Cic.* Illum id eſt, *Prætium* quod in *Prætianâ* continetur. Id minime *meâ* refert *qui* ſum natu maximus. Ter. *qui* repetit *me* quod in *meâ* continetur. 5. *Id* nunc *operam do*. Ter. id eſt *ago* vel *curo*. Anus *id indicium fecit*. pro *indicavit*. *Id* ne mihi *autores eſtis*. Pro perſuadetiſne. Senatui *audiens dicto*. Cic. pro *Obediens*. *Venit* mihi *in mentem* illius temporis. pro *recordor*. Quoad ejus fieri potuit. pro *quantum*. Quid tibi *hanc* digito *tactio eſt*. Plaut. pro *quid hanc tangis*. In conſpectu *fuiſſe*, pro *veniſſe*. *Populabundas* agros. Gell. pro *populatus*. *Ivit id infitias*. pro *id negavit*. *Sum illi à ſtudiis à pedibus*: pro *inſtitutor*; *Pediſſequa*, *&c*. *Inimicos* ſemper *oſa ſum*. Plaut. pro *odio habui*.

Quâ raro uteris, permutat *Enallaga* vocem 1.
Vel vocis ſpeciem, vocive quod accidit illi.

1. Mutatio vocis dicitur *Antimeria*, ut ſole *recens* orto. Virg. pro *recenter*. Memini tametſi *nullus* moneas. Ter. Pro *non*. Tu *Cæſar* vel nocte veni ſint aſtra *licebit*. Mart. Pro *quamvis*. Nec fuga jam *ſuper* ulla. Virg. Pro *ſupereſt*. O mihi ſola mei *ſuper* Aſtyanactis imago. Virg. pro *ſupereſtis*. Pecuniam *in loco* negligere maxi-

mum

mum est lucrum. Ter. pro *aliquando*. Genus *unde* Latinum. Virg. pro à *quo*. *Sibila* lambebant linguis vibrantibus ora. Virg. pro *Sibilantia*. *Scire* tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Pers. pro *scientia*. Sint *procul* à nobis juvenes ut fœmina compti. *Ovid*. Nota. Omnes præpositiones non regentes casum fiunt Adverbia. 2. *Dardana* suscitat arma. Virg. pro *Dardania*. Pateris libamus *& auro*. Virg. Pro *aureis*. Paulo qui est homo *tolerabilis* scortari non vult. Ter. pro *tolerabilior*. Voluptates commendat *rarior* usus. Juv. pro *rarus*. Duo *majora* omnium navigia summersa sunt. Curt. pro *maxima*. Duo à te nominatim rogo *primum*. pro *prius*. Gurgite *septeno* rapidus mare summovet amnis. Virg. pro *septem* gurgitibus. Qui *uno* & octogesimo anno scribens mortuus est. *Cic*. pro *primo*. Nascitur qualicunque solo cum *centesimo* grano. Plin. pro *centum* granis. Cum unum & *alterum* diem desideraretur. pro secundum. Duorum labori hominum, parsissem libens *mei* te rogandi & *tui* mihi respondendi. Plaut. pro meo & tuo. Respice Laerten ut jam *sua* lumina claudas. *Ovid*. pro *ejus*. *Odio*. Id fecit *tuo*. Ter. pro *tui*. Jam nox humida cœlo *præcipitat*. Virg. Pro *præcipitatur*. *Expoliantur* eos & corpora nuda relinquunt. Virg. Pro expoliant. Ille plaustrum quo *vehenti* regnum delatum fuerat, in templo Jovis positum majestati consecravit regiæ. Just. pro *recto*. *Ibi* homo cæpit me obsecrare. Ter. pro *tunc*. Habetis orationem *bene* longam. *Cic*. pro *Valde*. *Malè* mulctabo eum. *Cic*. Pro *valde*. Pueris *olim* dant crustula blandi doctores elementa velint ut discere prima. Hor. pro *aliquando*. Aut pelago Danaum insidias suspectaque dona præcipitare jubent *subjectisque* urere flammis. Virg. pro *aut subjectis*. Literas primum audiet puer, harum verba effingere mutando conabitur, & natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percepimus. Quint. pro *nam* natura. Non enim possunt in unâ civitate multi rem atque fortunas amittere *ut non* plures secum

cum in eandem trahant calamitatem. *Cic.* Pro *nisi* vel *quin*. 3. Mammæ putres equina *quales* ubera. Hor. pro *qualia*. *Hæc* quoque non cura nobis leviore *tuenda*. Virg. nam de *capris* loquitur. Hanc sibi rem præsidio sperant *futurum*. Cic. Pro *futuram*. Adeon' hominesex amore in odium immutarier ut non cognoscas *eundem* esse. Ter. Pro *eosdem*.

Mutatio casus dicitur Antiptosis. Ut Muscosi fontes & somno mollior herba, & quæ vos rara viridi tegis *arbutus* umbra. Solstitium pecori defendite. Virg. Pro *arbute*. *Macte* virtute esto. Virg. Pro *mactus*. It clamor *cælo*. Virg. pro *in* vel *ad cœlum*. Sed *valebis*, meaque negotia *videbis*. Cic. pro *vale vide*. Facile omnes *perferre* ac *pati*. Ter. pro perferebant, *&c.* Et ni mea cura *resistat* jam flammæ *tulerint*. Virg. pro *rissisteret* & *tulissent*. Progeniem sed enim Trojano à sanguine *duci* audierat. Virg. *productum* iri. Si quis me quærat Rufus præsto *est*. Ter pro præsto *sum*.

Ecclipsis verbum 1. *Reticentia* verba subaudit 2. Quæ supple sensus resolutio quando requirit.

1. Ubi *ad* Dianæ veneris, ito ad dexrram. Ter. Supple *templum*. Cum in animo *haberet* navigandi. Cic. Supple *propositum*. *Sunt* quibus est sola vivendi causa voluptas, Juv. Supple *aliqui*. Quo mihi *fortunas* si non conceditur uti. Hor. Pro *putas esse*. Nunc *id* prodeo. Ter. Supple *ob*. Non potest jucundè *vivi* nisi cum virtute vivatur. *Cic.* Supple *ab hominibus*. Postridie *idus* rebus divinis supersederi jussum. Plin. Supple *post*. Vita festinat, mors interim aderit, cui *vetis nolis* vacandum est. Sen. supple *sive*. Ubi non est pudor, nec cura juris, *sanctitas*, *pietas*, *fides*, instabile regnum est. Sen. supple *nec*. Nota. Hæc *ecclipsis* dicitur *Asyntheton* ubi multiplicatur conjunctio dicitur *polysyntheton*, ut Athamasque, Thoasq;, Pelidesque, Neoptolemus, primusque Machaon. Virgil. In omni fere responsione fit *ecclipsis*, ut Quid meritus es? Crucem.

cem. Ter. ſupple *meritus ſum.* In poſſeſſivis prono-minibus poſt verbum *eſt*, ſubauditur *officium*, Ut ne-que enim *meum eſt*, contra authoritatem ſenatûs dicere. *Cic.* ſupple *officium.* 2. Quos *ego*, ſed motos præſtat componere fluctus. Virg. Supple *acerrimè puniam & ulciſcar.*

Omne ſupervacuum *Pleonaſmus* ritè vocatur.

Suo *ſibi* gladio hunc jugulo. Ter. Interea *loci.* Ter. Nuſquam *gentium.* Ter.

Ordo inverſus erit tibi *Anaſtropha* præpoſituræ 1.

1. Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines, quos *ultra citràque* nequit conſiſtere rectum. Hor.

Synchyſis eſt prorſus vocum aut confuſio ſenſûs.

1. Pila lippis inimicum & ludere crudis. Hor. pro & crudis.

Quoquam Interpoſito per Tmeſin verbula ſcindo 1.

1. Omnia *prius* experiri *quam* armis ſapientem decet. Ter.

Interjecta *Parentheſis* eſt ſententia quævis 1.

1. Munera (*credè mihi*) placant hominesque deoſque. *Ovid.*

Helleniſmus erit græciſſant quando Latini 1:

1. *Deſine iraram.* Hor. Nunc vide *utrum vis.* Ter. pro velis. *Deceat prudentiæ* tuæ. *Cic.* Agreſtium *regnavit populorum.* Hor. *Canum degeneres* caudam ſub alvum re-flectunt. Plin. pro canes. *Quantum* domo inferior, *tantum*, gloria ſuperior evaſit. Val. pro quantò tan-tò. Sic adjectiva alia quantitatis reguntur in accuſa-tivo vice adverbiorum, ut *quid* tibi tantum mali feci. Quint. Pro *in quo.* Nocturnorum animalium (ve-luti felium) in tenebris fulgent radianteque oculi, ut *contueri* non *ſit.* Plin. Pro non *liceat.* Rettulit Ajax eſſe

esse Jovis *pronepos*. Ovid. Pro *se* esse *pronepotem*. *Omnia* Mercurio *similis vocem*que *colorem*que. Virg. Pro *secundum omnia* vel *in omnibus*. Item tradunt in Mysiâ feram quæ bonasus vocatur, equinâ jubâ, *cætera* tauro *similem*. Plin. Item *expleri mentem* nequit. Virg. Item Hannibal *femur* tragulâ graviter *ictus*, cecidit. Liv. Si tantus *amor* casus *cognoscere* nostros. Virg. Pro cognoscendi. Audax omnia *perpeti* gens humana ruit per vetitum nefas. Hor. Pro ad perpetiendum. Vultisne *eamus visere*. Ter. Pro visum. Cum toties eadem dicam vix *audior ulli*. Ovid. Pro ab ullo.

De Archaismo.

Usi qua veteres est quædam forma loquendi 1.

1. *Absente nobis*. Ter. pro clam.

De naturali sive Grammaticæ resolutionis ordine.

PRincipium sensus vox quævis excitat, optat
Cum proprio casu, vel habet quæ vim referentis 1.
Hinc rectum sequitur quod personale vocatur
Nec non finitum verbum, sententia si non
Illud suppeditet, tum impersonale sequetur.
Finitus si deest. Infinitivus habetur
Cum quarto casu præ se: tum rite regentem
Dictio recta subit: nisi sit quærensve 2. neganve 3.
Sive relativa 4. ac speciale subit generali 5.
Præcedens semper præponitur & referenti.
Mobile præpones fixo: nisi mobile poscat
Post se alium casum, postpone adverbia verbo
Infinitivum finito. Mobile præ se

Pos-

Poscunr infinita, gerundia, sive supina
Subditur & verbo cum casu præpositura.
Si quid deficiat sensus supplere juberis.

1. Voces excitandi sunt Interjectiones, adverbiaque hortandi, optandi, & demonstrandi. Dictiones vim relativam habentes, sunt quæ duo requirunt verba in clausulis suis. Hujusmodi sunt dum, donec, cum, quando, adverbiaque similitudinis, conjunctiones item causales. 2. Quanti emisti librum. 3. Neminem vidi. 4. Adest quem quæro. 5. Partium orationis aliæ sunt declinabiles aliæ non sunt, cætera patent.

Elegantiæ Præcepta.

HÆ sunt ornatûs normæ, Quintus sibi gaudet
Vocem præponi 1. vult dictio recta regenti.
Præferri 2. tamen excipies hinc præposituras.
Et verbum gaudet ferme concludere sensum 3.
Præcedens præfert referens sibi 4. quæstio non vult
Principium sensûs 5. finitus gaudet habere
Infinitivum præ se 6. ac adverbia præfer
Verbis 7. atque loco verbi tu ritè gerundi
Pone gerundivum 8. Nec ponitur immediatè
Mobile cum fixo 9. *quoniam, quia, cum* similesque
Præponunt aliquid sibi 10. Verbi *habeo* vice verbum
Fac ponas substans 11. si sint adverbia nunquam
Nominè ponuntur 12. supremus si gradus adsit
Durius, hunc profer per summè cum positivo 13.
Hæ voces *is quis quantus, multus*, similesque
Substantivatæ in neutro donant genitivos.
Istarum vocum queis primò conveniebant 14.
Vultque gradus medius neutrum, atque *nihil* vice *nullus* 15.
Participans pones vice verbi cum relativo 16.
Curo, habeo, mando, conduco, locoque requirunt
In *dus* participans poni proprii vice verbi 17.
Participans quoque præteriti proprii vice verbi.

Talia

Talia verba volunt, queis aptè jungito oportet 18.

1. Vale *mi Cicero*, tibique persuade te mihi charissimum *Cic.* 2. Pauci *dolorem ferre* potuerunt simus ex paucis. Sen. 3. Sanus est dives qui licet habet divitias, eas tamen ut fugientes *habet.* Sen. 4. *Quos* amo *hos* castigo. 5. partes orationis *quot* sunt? 6. *Malefacere* qui *vult* nusquam causam non invenit. Publ. 7. Lælius Scipione *familiarissimè utebatur.* 8. *Pecuniæ acquirendæ* gratiâ avarus multa patitur. Publ. 9. *Gravissima* est probi hominis *iracundia.* Publ. 10. Omnes *cùm* valemus recta ægrotis consilia damus. Ter. 11. Sancta *probis pax est.* Ovid. 12. *Plurimùm* enim intererit quibus artibus, aut quibus hunc tu Moribus instituas. Juv. 13. *Maximè memorabile* facinus. 14. *quantum* quisque suâ *nummorum* servat in arcâ *tantum* habet & *fidei.* Juv. 15. Homine imperito numquam *quidquam injustius.* Ter. 16. Magna pars vitæ elabitur malè *agentibus*, maxima nihil *agentibus*, tota aliud *agentibus.* Sen. 17. Ad te literas misit, *mittendasque curavit.* Cic. Ut *consolandos* eos magis quam *puniendos habuerit.* Suet. Gladiatores vi *rapiendos mandavit.* Suet. columnam illam *conduxerant faciendam.* Ut sepulturam *faciendam locarent.* Supl. 18. Rogo me *excusatum habeas.* Me *missum fecit.* Quidam te *conventum vult.* Te *volo oratum.* Hoc *descriptum* tibi *dabo.* Hoc quodjampridem *factum oportuit*, *dictum*, non *oportuit.*

De

DE PROSODIA.

PROSODIA quantitates syllabarum, carminum & accentuum notitiam docet. Quantitas syllabæ est mora aut tempus in eâ proferenda. Brevis syllaba unum habet tempus ut pius. Longa duo habet tempora ut audax. Communis sive anceps, est nunc brevis, nunc longa. Syllabæ quantitas dignoscitur regulis, vel exemplis, exempla petenda sunt è probatissimorum Poetarum scriptis.

Vocalis brevis ante aliam manet usque Latinis 1.
Ni capit *r fio* produc 2. & nomina quintæ
E faciunt longum, si præsit *I*, ceu *speciei*.
Anceps *ius* erit patrio 3. producier autem
Postulat in prosâ semper, longabis *alius*.
Alterius brevio tantum, commune sit *obe*.
Pompei Cai produc, conformia junge 4.
Di anam varia longa *aer Dius* & *eheu*.
Et patrium primæ cum sese solvit in *aï* 5.
Græcorum voces haud certâ lege tenentur,
1. *Pius*. 2. *fiam*. 3. *unius* vel *unĭus*. 4. similes vocativi ut *vultei*. 5. *Aulaï*.

Dipthongum produc, illi si consona subsit 1.
Vocibus in Græcis semper producier optat 2.
1. *Præsum*. 2. *Eubœa*.

Naturâ curtam vocalem consona bina.
Si subsint illi longam faciunt 1. nisi fiat.
Litera finalis quam vix producere debes 2.
Hanc etiam longa, si subsit consona duplex 3.
I binas inter vocales scripta, priorem
Longabit 4. composta *Jugum* tibi corripientur. 5.

Si

Si *mutam & liquidam* scribas in syllabâ eâdem
Ancipitem potes vocalem quæ brevis esset.
Hanc tamen in prosâ semper breviare jubemus.
Sunt *L, R* liquidæ, Græcis quoque jungimus *N, M.*

1. *Sunt pannus.* 2. *ferte citi flammas date vitta frangite remos. Virg.* 3. *axis gaza.* 4. *hujus.* 5. *fungi.* 6. *i.* 7. vocalis natura brevis quam muta & liquida loquuntur est accepta *in tenebræ vel tenebræ, patris vel patris.* Nota, vocalem natura. Longam nullâ ligue-scentiâ posse fieri brevem ut *matris, salubris.*

Vocis primævæ vox derivata requirit.
Mensuram 1. tamen excipies quæ corripiuntur
Hæc *quater* atque *decem* atque *sopor* atque *sagax* *dicioque*
Cumque *fides odium*, nota junge *lectrix molestus*,
Addito *arena*, *nato*, *fatuus*, *varicosus*, *ofella*,
Junge *diserta*, *farina*, *quasillus*, cumque *cucullus*,
Adde *mamilla*, *vigilia*, *pugillus*, junge *crudesque*
Duxque *Ducis*, *stabilis*, *fragilis*, fors plura notabis 2.
Adde *bubulcus* eis. Variabit *Apulia* primam
Altera produci cupit. *Apulus* usq; feretur.
Hæc producuntur *suspicio regula*, *sedes*,
Secius, *humanus*, *penuria*, *mobilis*, *humor*,
Ac horum obliquos *lex*, *Rex*, *vox. regula*, junge.
Ceritus fomes, *jumentum* *junior* atque
Laternam junges, tamen *Italum* variabis 3.

1. *Aratum* ab *aratum*. *Sanguineus* a *sanguis* 2. a *quatuor*, *dico*, *sopio*, *sagio*, *dies*, *fido*, *novum* a *nosco*, *lucio*, *moles*, *aveo*, *natum* a *nô*, *fatuus* a *fari*, *offa*, *differo*, *far*, *qualus*, *cuprus*, *mamma*, *pignus*, *signum*, *crudo*, *duro*, *sto*, *frango*, 3. a *suspicor*, *rego*, *sedeo*, *secus*, *homo*, *penus*, *moveo*, *humus*, *lego*, *rego*, *tego*, *voveo*, *Ceres*, *foveo*, *juvo*, *juvenis*, *fateo*, *Italus*.

Inus producit, de *fino* mobile factum
Significatio animans 1. *perdissimus* volo jungi
Et *clandestinus*, *festinus*, cætera curto 2.

Horum quæ tempus signant, neque dare normam,
1. *Anserinus*, 2. *adamantinus*, 3. Quædam sunt longa, ut *matutinus*, alia brevia, ut *crastinus*.

Ilis produco 1. curto tamen *atilis* usque 2.
Dapsilis, ac *humilis*, *parilis*, verbalia junge 3.
1. *Senilis*, 2. *Aquatilis*, 3. *Docilis*.
Simplicis observat mensuram compositivum 1.
Excipe composita in *dicus* a *dico* 2. *innubus* atque
Pronubus, *ambitus*, *nihilum*, cum *semisopitus*.
Dejerat his addes, cum *pejero*, *cognitus*, atque
Agnitus, & *comitia connubium* variato.
Præpositura tenet mensuram ritè priorem.
Est *re* breve 3. in *dirimo di* semper corripietur.
Est *pro* breve in Græcis 4. & in his quoque ritè Latinis
Corripies *pronepos*, *profugit*, *profugus*, *proficiscor*,
Adde *procella*, *profana*, *profesta*, *proterva*, *profari*,
Atq; *professa*, *profunda*, *profecto*. Sed variato
Pauca *procuro*, *profundo*, *propello*, *propago* licenter.
Pars si compositi fini donat prior *A*, vult
Illud produci 5. excipies *eadem tamen* inde
(Ni sextus fuerit): sic *tetrameter* breve fiet.
Cum sociis cunctis 6. quod si dabit *E* breviatur 7.
Quod *sex* atque *decem* componunt protrahe 8. *nemo*
Et *nequis*, *nequam*, *nequaquam*, *credoque*, *memet*
Et *mecum*, *tecum*, *nequando*, *videlicet* Adde
Secum, *requicquam*, conjunge *venefica*, *refert*.
I si sit finis brevia 9. sed *diligo* tolle
Et nomen demes in flexu non retinens *I* 10.
Idem masculeum junges, *biga*, similesque 11.
Ilicet adjunges, *triceni*, *siquis*, *ubique*,
Scilicet, & cum *nimirum*, *tibicen*, ibidem.
Et composita *dies* 12. sed compositum tamen optat
A *quotus* atque *dies* 13. *ubicunque* simul variari
O si compositi finis sit, non breviari
Vult 14. capito hinc *hodie*, *quoque*, si conjunctio fiat.

Quan-

Quandoquidem atque duo si nomina compositum dant 15.
Græca per o micron brevia 16. tamen O mega produc 17.
u vel *y* si fuerit brevia 18. dein *judico* tolle.

1. *Illido.* 2. *maledicus.* 3. *vedeo.* 4. *propheta.* 5. *Quavi.* 6. *pentameter, &c.* 7. *terrefactus.* 8. *fedavim.* 9 *Omnipotens.* 10. *tantundem.* 11. *trigæ, &c.* 12. *biduum.* 13. *Quotidie.* 14. *introduco.* 15. *Barbaricultus.* 16. *Dorothea.* 17. *Theophilus.* 18. *Quadrupes, Polydorus.*

Præteritiva tenent primam dissyllaba longam 1.
Tolle *bibique fidique, tulique, dedi,* adde *stetique*
Præteritumque *fidi* quod verbum *findo* requirit.
Corripiunt binas geminantia ceu *ceciderunt.*
Tolle *cecidrunt* a *cædo,* a *pedo pepedi.*
Cuncta supina tenent primam dissyllaba longam 2.
Tollito *itumque datum,* atque *satum; ratum* ars; *autumq;*
Adde *situm,* atque *rutum,* compositum quod *ruo* format.
Atque *litumque, citum* quod & alterâ flexio format.
Adde *statum* dictis, quod verbum *sisto* reponit.
Atque *stitum* brevia quod formar compositum *sto* 3.
7 [illegible]

Cætera mensuram thematis non dicta sequuntur 4.
At primam curtant *positi positumque, solutum:*
Et *genui genitum; potui.* quels junge *volutum.*
In *si* vel *vi* si polysyllaba præteritiva
Concludant, semper, penultima syllaba longa est 5.
Si fuerint polysyllaba, tum penultima fiet
Longa, supina 6. nisi sit natum, per præteritum *vi*
Non dans 7. *si* vi det, penultima longa supini est 8.

1. *Legi.* 2. *lusum* 3. *visitum.* 4. *i* in *amavi* & *i* in *amatum* corripitur quia *a* in *amo* corripitur. 5. *divisi, audivi.* 6. *linguum.* 7. *habitum.* 8. *amatum.*

Si neutrum fuerit quod formar flexio prima
Ino producit 1. si non fit, corripit illum 2.
1. *Pasco, pono.* 2. *linquo, tentamino.*

De crementis verborum. Præmonitio.

Crementum verbi est excessus secundæ personæ singularis præsentis indicativi, in syllabâ vel syllabis supra se ipsam quot syllabis ea exceditur, tot sunt crementa, vulgò tamen (excepto primo) reliqua dicuntur secundum crementum vocalis in primo cremento est ea quæ erat secundæ personæ ultima.

A produc in crementis 1. primum breviat *do* 2.
Produc compositum quod tertia flexio format 3.
E produc 4. cunctum ternæ præsens breviato 5.
Ac imperfecti crementum corripe primum
In subjunctivo 6. ternusque modus breviatur 7.
Semper *E* corripitur præ *ram, rim, ro* 8. *bere* jungo.
Et *beris* in flexûs primi alteriusque futuro 9.
Ibrevia primo cremento dummodo ternæ.
Sit verbum 10. quartæ si sit producere debes 11.
Præteritum curtabis *imus* 12. vix protrahe *rimus*
In subjunctivo 13. verbum quod *ritis* habebit
Præterito nunquam raro produco futuro 14.
Crementis reliquis *I* semper vult breviari 15.
Nolito lite & litote, velimus & itis.
Et *simus sitis* produc. simul *O* 16. breviato *u* 17.

1. *Amāmus. amābāmus.* 2. *dăbam. peßundăbum.* 3. *reddāmus.* 4. *docēmus. audiēmus.* 5. *Legĕris legēre.* 6. *legĕrem legĕrer.* 7. *loquēre.* 8. *Legĕram, legĕrim, legĕro.* 9. *amabĕris. docebĕris.* 10. *legĭmus.* 11. *audīmus.* 12. *amavĭmus. docuĭmus,* &c. 13. & cum millia multa *fecerĭmus. Catul.* vix aliud extat exemplum. 14. Quia secunda persona singularis aliquando producit *ris.* 15. *amamini.* 16. *amatote.* 17. *nolumus.*

De crementis Nominum. Præmonitio.

Crementum nominis, Pronominis, aut Participii, est excessus obliqui in syllabâ vel syllabis, supra nominativum ejusdem numeri.

De A, E, O, I, *&* U *in pluralibus.*

Crementis numeri pluralis semper habetur
A simul *E*, simul *O* longa 1. attamen *u* brevis ac *I* 2.
1. *Musarum. rerum. librorum.* 2. *artubus, artibus.*

Crementum secundæ declinationis.

Altera crementum curtat 1. producit *Iberi.*
1. *Liberi.*

Crementum tertiæ Declinationis.

Semper *A* curtat *atis* 1. Quod in *O* fit, porriget *onis* 2.
Donat *inis* curtum 3. producitur *onis* ubique 4.
Attamen hinc demes gentilia nomina cuncta 5.
1. *Scommatis.* 2. *Anienis.* 3. *virginis.* 4. *sermonis.*
5. *Brittonis.*

C longa 1. breve *Bogudis.* effer *Davidis* anceps.
1. *Halecis.*

Mas tibi curtat *alis* 1. neutrum producitur *alis* 2.
Elis 3. cum *solis* produc. reliquis breviatis 4.
1. *Hannibalis.* 2. *tribunalis.* 3. *Michaelis.* 4. *vigilis consulis.*

On nimis incertum est, *En inis* breve 1. cætera produc 2
1. *Nominis.* 2. *Pæanis. Sirenis. Delphinis.*

Mas tibi curtat *aris* 1. *naris* producier optat,
Aris produco neutris 2. *nectar, jubar* anser.
Par quicquid signet crementum corripit usque.
Curtat *eris* patrio 3. nisi *veris* cum *Ricimeris.*
Byzer. Ser. & Iber. In *ter* Græcum 4. *æthere* dempto
Arboris & memoris, cum *marmoris, æquoris* adde
Ennius *Hectorem* producit. nunc breviabis.
Curtat *uris* 7. nisi *fur.* dat *yris* patrio breviatum 8.
1. *Cæsaris.* 2 *calcaris.* 3. *carceris.* 4. *crateris.*
5. *doctoris.* 6. *Hectoris.* 7. *furfuris.* 8. *Martyris.*

Atis ab *A* produc 1. ab *anas anatis* breviato.
Cætera curta loco 2. *vasis* producitur aptè.

1. *Pietatis.* 2. *Palladis, maris.*
1. *Pietatis.* 2. *Palladis, maris.*

Es breviat 1. tolles *locuples, mercesque, quiesque*
Heres, cum *mansuet,* Græcum quod præbuit *ctis* 2.
1. *militis.* 2. *Lebetis.*

S *Is* breviat 1. tolles *glis gliris,* quodque dat *itis* 2.
Et *Psophis, Crenis, Nesis,* Græcum quod in *N* fit 3.
1. *Lapidis.* 2. *Samnitis.* 3. *Salaminis.*

Protrahit *os* 1. tria corripiunt *bos, compos, & impos.*
1. *Sacerdotis.*

us breviat 1. tolles præ, *dis, ris, tis,* quod habebit
u 2. præter *pecudis, ligurisque intercutis* adde,
Atque gradus medii semper penultima longa est 3.
1. Corporis. 2. palludis. telluris, virtutis. 11. doctioris.

Consona cum præit *S,* patrii penultima curta est 1.
Hinc *Cyclops, seps, gryps, conops cercops* removeto,
Plebs, Europs, hydrops, capitis, Caput abbreviabit.
1. *Trabis Lælapis hyemis.*

Præ *gis* vocalem brevio 1. producito *Rex, Lex,*
Ex icis abbreviat 2. vinex nisi, cætera produc 2,
Corripe *abax, similax, Atrax* cum *dropace, Candax,*
Fax & *Athax, Pharnaxque, panaxque, storaxque, Colaxq;*
Pix, & *onyx, illix, histrix,* cum *mastige, varix,*
Coxendix, & *Pryx, fornixque calyxq; calixque,*
Dic *filicem, falicem, laticem, natricemq;, nivemq;*
Cappadocem, colocem, cum *præcoce,* junge *Cilixque,*
Dux, trux, nux, crux atque *volux. Bebryx* variatur.
1. *Remigis.* 2. *vertricis.* 3. *pacis. Myrmecis, pistricis, velocis, Pollucis.*

De ultimis syllabis.

A flexum casu brevia 1. sed protrahe sextum 2.
Et quintum, cujus rectus producitur 3. & *mus*
Non declinatum produc 4. *ita* cum *quia* demptis

Et

Et *puta* non verbo, *ginta* melius loco longa 5.
Postea, & *ultra* leges, cum *contra*, curta aliquando:
Eia addes dictis, queis addes *hallequeluja*.
1. *Scomma*. 2. *penna*. 3. *Ænaa*. 4. *ama*. 5. *triginta*.
Ebrevia 1. Primæ produc 2. & nomina quintæ.
Cum natis 3. addes pluralia cuncta 4. Secundæ
Junge *doce* & *socias* 5. Breviant nonnulla aliquando
Ut *responde*, *cave*, *vale*, cum *vide*, *salve*, licenter.
Inclinativas præter 6. monosyllaba produc 7.
Omnia produces adverbia siqua secunda
Præstiterit 8. summiq; gradus adverbia quævis 9.
Sed breviabo *bene* & *male*, junge *inferne superne*
Sunt *ferme* atq; *fere* producta quibus dabis *obe*
1. *Lege*. 2. *circe*. 3. *re*, *quare*, *hodie*. 4. *Tempe*. 5.
ie. secunda persona singularis secundæ conjugationis imperativi. 6. *me*, *te*. 7. *que*. *ve*, *ne*, & syllabicæ adjectiones, ut *suapte*. 8. doctè. 9. sæpissimè.

I longa 1. quintum Græcorum corripe semper 2.
Et ternæ ternus Græcus crescens breviatur 3.
Sed *nisi*, sive, *quasi*, *mihi*, *ibi*, *sibi*, *ubi* variabis.
Et *tibi*, junge *cui*. Curtabo 7, *moly* probabit
1. *Libri*. 2. *Amarylli*. 3. *Palladi*.
O commune datur 1. produc monosyllaba 2. jungens.
Cum terno sextum 3. atque adverbia nomine nata 4.
At variabo *citò*, cum *sedulò*, *mutuò*, *crebrò*,
Seròque, sit curtum *modò* solum porrige *vero*
Perraro produc *ego* sic *cedo*, significans *dico*,
Et *scio*, jungo *duo*, *modo*, sic *homo*, queis dabis *ambo*.
Produco nomen sit cujus in ùs genitivus 5.
O patrii produc 6. variato gerundia cuncta 7.
1. *Amo*. 2. *do*. 3. *libro*. 4. *primo ideo*. 5. *Dido*.
6. *Atho*. 7. *dando*.
U semper produc 1. B corripe. 2. barbara longa 3.
1. *Genu*. 2. *ab*. 3. *Jacob*.
C produc 1. præter *nec*, *donec*, sed variabis

Hic bene pronomen, *fac* verbum juugimus isti.
1. *Lac.* X

L breve sit 1. cum *sol, sal, nil,* tolluntur Herbæa 2.
1. *Animal.* 2. *Michael.*

M curtant veteres, quod nunc composita probabunt 1.
1. *Circumagat* madidas a tempestate cohortes. Juv.

N produc 1. demes *an, in* & quod fine recidit,
De, tamen adjunges *audin'* varia, similesq; 3.
Corripitur quartus quando brevis ultima recti est 4.
Quod dat *inis* curta 5. velut *on* quod tertia nescit 6.
Hinc demes patrium Græcum numerique secundi 7.
Et ternæ casus ternus Græcus breviatur 8.
1. *Non.* 2. *dein'. proin'.* 3. *scin'.* 4. *medean.* 5. *nomen.*
6. *Ilion.* 7. *Cimmerion.* 8. *Arcasin.*

R brevies 1. produc cujus dat patrius *eris* 2.
Addito *Iber, aer, æther,* sit *Celtiber* anceps.
Vir, cor corripies. Melius, producito tantum,
Cur, far, lar, fur, nar, par, vix prolem breviato 3.
1. *Pater.* 2. *Character.* 3. *impâr.*

As produc 1. Græcum brevio quod *adis,* tibi donat 2.
Et ternæ quartus 3. raro *Elias* abbreviatur.
1. *Æneas.* 2. *Pallas.* 3. *Dæmonas.*

Ponitur *es* longum 1. pluralia corripe Græca
Quæ crescunt 2. velut *es* de *sum, penes* additur illi.
Cum neutris 3. & si patrio penultima curta est,
Ternæ 4. tolle *Ceres, aries, paries abies, pes,*
Cujus compositum perrare corripietur 5.
1. *Locuples.* 2. *Arcades.* 3. *hippomanes.* 4. *miles.* 5. *bipes.*

Is) brevio 1. verum plurales protrahe casus 2.
Ys) *Is*que quod in patrio mutatur in *itis* 3. & *inis* 4.
Aut *entis.* 5. *Tethys* varia; *glis, vis* quoque nomen.
Cum verbo longum est, veluti persona secunda

Pro-

X D breve ponitur / melius loco barbara longa. 2 lad 2 Sabid.

Protrahit *is* quoties *itis* plurale reponis 6.
In subjunctivi *ris* est commune futuro 7.

1. *Finis Capys.* 2. *pennis, omnis.* 3. *ditis.* 4. *Salaminis.* 5. *simoentis.* 6. *audis.* 7. *amaveris.*

Os produc 1. patrius brevis est 2. & *compos*, & *impos*.
*Os*que *ossis* prebens rectos breviato secundæ 3.
(*O* nisi det patrius 4.) semperque *ipos* abbreviatur.

1. *Libros.* 2. *pallados.* 3. *chaos.* 4. *Androgeos.*

us correpta datur 1. monosyllaba 2. cum genitivis.
Ternæ 3. vel quartæ produc: numerique secundi
In quartâ, primum, quartum, quintumque 4. & in *uris*
Dumve *utis* patrius vel in *udis* vel *untis* habetur.
Aut quintus fit in *u* 6. *pus* compositum variabis 7.

1. *Corpus.* 2. *sus* 3. *Didus.* 4. *fructus.* 5. *tellus, virtus, subscus, Opus.* 6. *Panthus.* 7. *tripus.*

T breve ponetur 1. variat quam syncopa serme 2.

1. *Amat.* 2. *perit.* pro *perivit.*

Regula generalissima.

Regula posterior non vult pugnare priori 1.
Ultima cujusque est communis syllaba versus 2.

1. Hinc *multiplex* variat secundam syllabam per regulam, *si mutam & liquidam*, &c. nec semper corripitur per regulam, *Isi sit finis brevia.* 2. id est secundum naturam carminis.

De carmine.

C*Armen* est oratio certo pedum numero constricta,
Pes est syllabarum dispositio, ex certâ temporum differentiâ.

Pedes dissyllabi.

Pyrrhichius geminis brevibus fluit, & salit acer 1,

Spon-

Spondæus longis gaudet constare duabus 2.
Syllaba longa brevi subjecta vocatur *Jambus* 3.
Quod si longa brevem præcedat habebo *Trochæum* 4.
1. *Deus.* 2. *virtus.* 3. *amare.* 4. *pœnas.*

Pedes trissyllabi.

Dactylus efficitur longâ, brevibusque duabus 1.
At geminis fertur brevibus longaque *Anapæstus* 2.
Tres breviat *Tribrachys* 3. totidem longatque *Molossus* 4.
Amphibrachys longâ, atque brevi constabit utrinque 5.
Amphimacerque brevi & longâ constabit utrinque 6.
Bacchius curtâ constat, longisque duabus 7.
*Anti*que*bacchius* pes huic contrarius esto 8.
1. *Scribite.* 2. *pietas.* 3. *vivere.* 4. *magneres.* 5. *venire.* 6. *charitas.* 7. *honestas.* 8. *audire.*

Pedes tetrasyllabi.

Vult *Proceleusmaticus* brevibus constare quaternis 1.
Longa duæque breves & longa creant *Choriambum* 2.
1. *Pariete.* 2. *historiæ.* Reliqui sunt Comicis quam aliis Poetis usitatores, nisi *Epitritus* qui dicitur primus si prima syllaba sit brevis, &c. Et *Pæon* qui *Epitrito* contrarius est.

Scansio est dimensio versuum per pedes.

Cæsura est syllaba residua in fine dictionis post pedem absolutum, quæ si brevis sit, licentiâ producitur. Ejus species sunt *Triemimeris*, *Penthemimeris*, *Hepthemimeris*, & *Ennemimeris*.

Triemimeris est ubi post primum pedem manet syllaba, & sic de cæteris, quæ hoc versu continentur.
Ille latus niveum molli fulvus Hyacintho. Virg.

Heroicum sive Hexametrum carmen.

Hexametrum senis carmen pedibus fit, & aptè,
Dactylus est quintus, sextam sibi vult regionem
Spondæus, reliquisque locis sit uterlibet horum 1.
Spondæus quintum nunquamquam vult regionem.

Quin-

Quando rei gravitas 2. vel mœror significatur 3.
Inserit huic metro simplices quandoque Poeta
Et *Proceleusmaticum* 4. nec *Anapæstum* 5. tu lege normam.

1. Eripit ‖ inter ‖ dum modo ‖ dat medi ‖ cina ſa ‖ lutem ‖ *Ovid.*
2. Chara De ‖ ûm ſobo ‖ les ma ‖ gnum Iovis ‖ incre ‖ mentum ‖ *Virg.*
3. Conſtitit ‖ atque ocu ‖ lis Phrigi ‖ a agmina ‖ circum ‖ ſpexit ‖ *Virg.*
4. Hærent ‖ parieti ‖ bus ſcæ ‖ lę po ‖ ſteſque ſub ‖ ipſos ‖. *Virg.*
5. Fluvio ‖ rum, Rex ‖ Erida ‖ nus cam ‖ poſque per ‖ omnes ‖. *Virg.*

Pentametrum & Archilochium.

Pentametrum vult quinque pedes, pes tertius eſto
Semper *ſpondæus*, quartus, quintuſque *anapæſtus*.
In reliquis *ſpondæus* erit, vel *dactylus* ut vis 1.
Sic hodie ſcandes pes primus ſive ſecundus
Dactylus aut *ſpondæus* erit. *Cæſurâ* ſubibit,
Dactylus hinc duplex poſt quem *Cæſura* ſequetur 2.
Archilochi carmen facit hæc tibi poſterior pars 2.
Hexametro ſi *pentametrum* ſubdes, *Elegos* fit 4.

1. Natu ‖ reſequi ‖ tur ſe ‖ mina quiſ ‖ que ſuæ ‖. *Ovid.*
2. Natu ‖ re ſequi ‖ tur ‖ femina ‖ quiſque ſu ‖ æ ‖.
3. Pulvis & ‖ umbra ſu ‖ mus ‖. *Hor.*
4. Fortunam reverenter habe, quicunque repente
Dives ab exili progrediere loco. *Auſon.*

Sapphicum & Adonicum.

Quinque pedes *Sapphus* carmen capit, eſſe *trochæus*
Vult primus, quartuſque & quintus; tertius autem
Dactylus, alter erit *ſpondæus* 1. vinque *trochæus* 2.
Hoc carmen poſt tres verſus ſibi jungit *Adonius*.
Metrum quod ſic fit *ſpondæum dactylus* antcit 3.

1. Inte ‖ ger vi ‖ tæ ſcele ‖ riſque ‖ purus ‖. *Hor.*
2. Pauca ‖ trunci ‖ ate me ‖ æ pu ‖ ellæ ‖. *Catul.*

3. Pel-

3. Pelle ‖ ri ‖ morem ‖. *Boet.*

Asclepiadæum & Glyconium.

Vult *Asclepiadis* versus *spondæum* habere,
Principio binos hinc rite capit *choriambos*.
Pyrrhichius subit 1. alterutrum tolles *choriambum*.
Tum facies carmen quod dicitur esse *Glycanis* 2.

1. Subli ‖ mi feriam ‖ sidera ver ‖ tice. ‖ *Hor.*
2. Commi ‖ sit pelago ‖ ratem. ‖ *Hor.*

Phalæcium.

Cum facies carmen quod compositisse *Phalæcus*
Dicitur in primâ *spondæus* erit regione
Dactylus inde datur, triplicem cui junge *Trochæum* 1.

1. Vitam ‖ quæ faci ‖ unt be ‖ ati ‖ orem. ‖ *Mart.*

Aristophanium.

Constat *Aristophanis* metrum binis pedibus bis
Spondæus facit hoc, vel *dactylus* aut *Anapæstus* 1.

1. Quanti ‖ casus ‖ huma ‖ na rotant. *Sen.*

De Carmine Alcaico, Archilochio Dimetro Hypercatalectico, & Alcmanio.

Alcæi carmen *spondæum* vult sibi ferme
Hinc *penthemimeris* succedit *Jambica* semper
Dactylus hinc duplex *postremam* vult regionem 1.
Hoc carmen binos post versus vult sibi metrum
Archilochi constat *spondæo* quod vel *Jambo*.
Alter *Jambus* erit, *spondæus* tertius esto.
Quartus *Jambus* erit: sequitur quem syllaba longa 2.
Alcmanium carmen postremam vult regionem
Quod format duplex tibi *dactylus* atque *trochæus* 3.

1. Dulce & ‖ deco ‖ rum est ‖ pro patri ‖ â mori.
mors & ‖ fuga ‖ cem ‖ persequi ‖ tur virum. ‖
2. Nec par ‖ cit im ‖ bellis ‖ juven ‖ tæ.
3. Poplit ‖ bus timi ‖ doque ‖ tergo. *Hor.*

Nota. Jambicum paribus locis (hoc est, secundo, quarto, sexto, &c.) jambum, (quandoq; tribrachyn, præterquam in ultimâ sede) imparibus autem locis tum jam-

jambum, tum spondæum, tribrachyn, dactylum, & anapæstum recipit.

Trochaicum carmen locis imparibus recipit trochæum, vel etiam tribrachyn, præterquam penultimâ sede, ubi tantum est trochæus, paribus autem locis, præter trochæum & tribrachyn, etiam recipit spondæum, dactylum, anapæstum. Jambum verò planè respuit: uti & jambicus versus trochæum.

Anapæsticum ubique recipere potest anapæstum ac pro eo etiam licet uti spondæo vel dactylo, atque interdum in eo nullus fit anapæstus.

Vitia carminum tum in genere, tum in specie.

1. Versus omni *Cæsurâ* carens, est invenustus. ut,
Romæam mœniæ terruit impiger Hannibal armis, Enn.
2. Elisione vix utimur in initio. ut.
Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes. Virg.
3. Invenusti sunt versus Leonini, ut
Si trojæ fatis aliquid restare putatis. Ovid.
4. Nec bonus est in quo sunt multæ, & duræ elisiones, ut.
Troia (nefas) commune sepulchrum Europæ, Asiæque. Catul.
5. Duriùs elisione utimur in initio sexti pedis versus hexametri: ut,
Loripedem rectus deridcat Ethiopem albus. Juv.
6. Nec bonus habetur, qui desinit in vocem monosyllabam, nisi incipiat à vocali, aut fit elisio, ut,
Tum pietate gravem ac meritis si forte virum *quem*. Virg.
Aut facere hæc à te dictaque, factaque *sint*. Catul.
7. Vitiosus est Pentameter habens elisionem in penthemimeri, ut,
Illam affligit odore, ipse perit podagrâ. Catul.

De

De variâ carminum appellatione.

1. Denominantur ab inventoribus, frequenterve utentibus. ut, *Alcmanium*, *Sapphicum*.
2. A materiâ. ut *Heroicum*, quod Heroum res gestas canit. *Tragicum*, quod Heroum calamitates. *Comicum*, quod res ludicras tractat.
3. A pede prædominante vel frequentiore. ut *Jambicum*.
4. A pedum numero. ut *senarium*.
5. A scansionis mensurâ, ut *monometrum*, *dimetrum*. Nota in *Jambicis*, *Trochaicis* & *Anapæsticis* duo pedes unam mensuram efficiunt, at in reliquis, singuli pedes singulas mensuras faciunt.
6. A syllabarum numero, ut *Pentasyllabum*, *Hendecasyllabum*.
7. A numero versuum. ut *monostichon*, *distichon*.
8. A perfectione, at *Acatalecticum*.
9. A defectu. ut *Catalecticum*. *Brachycatalecticum*. *Hypercatalecticum*.
10. A carminum genere, ut *monocolon*, *dicolon*, *tricolon*.
11. A numero redeundi. ut *distrophon* cum post secundum versum redit ad primum genus. *Tristrophon*, ubi post tertium. *Tetrastrophon*, ubi post quartum.

Figuræ scansionis.

M necat *Ecliptis* cum vocali præeunte
In vocis fini 1. Sic vocalem *Synalœphe* 2.
Dictio dum sequitur quæ à vocali incipiatur.
S quoq; nonnunquam veteres delere solebant 3.
Vocalem Illæsam retinent quandoque poetæ 4.
Semper in his retinent, *O, heu, ah, proh, io, vah, hei.*
Hæ non elisæ vocales ancipites sunt 5.

1. O curas hominum! O quantum est in rebus inane. Pers.
2. Conticuere omnes intentique ora tenebant. Virg.

3. Spes

3. Spernitur orator bonus, horridus miles amatur, Enn.
4. Insulæ Ionio in magno quas dira Celæno. Virg.
Ut vidi! ut perii! ut me malus abstulit error. Virg.
5. O pater! *O* hominum, divûmque æterna potestas. Virg.
Te Corydon, *O* Alexi! trahit sua quemque voluptas. Virg.

Nota. Et *Ecliptsis* & *synalæpha* aliquando fiunt in fine versus, cum scilicet sequens versus incipit a vocali, ob id tales dicuntur *hypermetri*, quod unâ syllabâ supra justam mensuram redundent. ut

Ante dulcis mulli Vulcano decoquit humor*em*,
Et solitis undam tepidi despumat aheni. Virg.
Barba erat incipiens barbæ color aureus aure*aque*.
Ex humeris medios coma dependebat in armos. *Ovid.*

Syllaba de binis est facta *synæresis* una 1.
1. Seu lento fuerint alvearia vimine texta. Virg.
hæc figura frequens est in nominibus in *eus*, sequentibus tũtò imiteris poetas, *huic*, *cui*, *dii*, *ii*, *dein*, *proin*, *deesti*, *anteambula*, *semihomo*, &c.

Syllaba per binas divisa *diæresis* esto 1.
1. Stamina non ulli dissoluenda Deo. *Ovid.*

Producenda foret quam *systola* corripit ipsa 1.
1. Obstupui steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit. Virg.

Ectasis extendit tibi jure puer breviandam 1.
1. Atque hic *Priamidem* laniatum corpore toto. Virg.

De accentibus seutonis.

Accentus est legitima pronunciandi ratio, suntque tres, *acutus*, *gravis*, & *circumflexus*. *Acutus* syllabam

De variâ carminum appellatione.

1. Denominantur ab inventoribus, frequenterve utentibus, ut,
Alcmanium, *Sapphicum*.
2. A materiâ. ut *Heroïcum*, quod Heroum res gestas canit. *Tragicum*, quod Heroum calamitates. *Comicum*, quod res ludicras tractat.
3. A pede prædominante vel frequentiore, ut *Iambicum*,
4. A pedum numero. ut
5. A scansionis mensurâ, Nota in *Jambicis*, *Troch* des unam mensuram e pedes singulas mensura
6. A syllabarum numero, *labum*.
7. A numero versuum. ut
8. A perfectione, at *Acata*
9. A defectu. ut *Catalectic* *percatalecticum*.
10. A carminum genere, *colon*.
11. A numero redeundi. cundum versum reditur ad primum genus, *Trisbropon*, ubi post tertium. *Tetrastrophon*, ubi post quartum.

IRREGUL

PAGINAT

Figuræ scansionis.

M necat *Eclipsin* cum vocali præeunte
In vocis fini 1. Sic vocalem *Synalephæ* 2.
Dictio dum sequitur quæ à vocali incipiatur.
S quoq; nonnunquam veteres delere solebant 3.
Vocalem illæsam retinent quandoque poetæ 4.
Semper in his retinent, *O, heu, ah, proh, io, vah, hei.*
Hæ non elisæ vocales ancipites sunt 5.

1. O curas hominum! O quantum est in rebus inane. Pers.
2. Conticuere omnes intentique ora tenebant. Virg.
3. Spes

3. Spernitur orator bonus, horridus miles amatur. Enn.
4. Insulæ Ionio in magno quas dira Celæno. Virg.
Ut vidi! ut perii! ut me malus abstulit error. Virg.
5. O pater! *O* hominum, divûmque æterna potestas. Virg.
Te Corydon, *O* Alexi! trahit sua quemque voluptas. Virg.

& *synalœpha* aliquando fiunt in fine
quens versus incipit a vocali, ob id
i, quod una syllabâ supra justam
ut
no decoquit humorem,
i despumat aheni. Virg.
arbæ color aureus aureaque.
oma dependebat in armos. *Ovid.*

synæresis una 1.
vearia vimine texta. Virg.
in nominibus in *eus*, sequenti-
s, *huic, cui, dii, ii, dein, proin,*
deinde, &c.

diæresis esto 1.
1. Stamina non ulli dicenda Deo. *Ovid.*
Producenda foret quam *systola* corripit ipsa 1.
1. Obstupui steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit. Virg.
Ectasis extendit tibi jure puer breviandam 1.
1. Atque hic Priamidem laniatum corpore toto. Virg.

De accentibus seu tonis.

Accentus est legitima pronunciandi ratio, suntque tres, *acutus, gravis*, & *circumflexus*. *Acutus* syllabam

bam attollit ut *dóminus*. gravis deprimit ut *doctè*. Circumdexus primo attollit, dein deprimit ut *môs*. Sed corruptus pronunciandi usus hodiè acutum cum circumflexo confundit.

Regulæ tonorum.

Tollitur ut *néc, sím*, monosyllaba dictio cuncta.
Naturâ longam sed circumflectere debes 1.
Primam naturâ producens, posteriorem
Corripiens, dissyllaba dictio flectit eandem 2.
Ast aliàs acuit 3. polysyllaba posteriorem
Naturâ longans, postremam corripiensque
Circumflectit eam 4. postremam si quoque longet,
Posteriorem acuit. 5. præcedens posteriorem
Syllaba si brevis est, attolli postulat usque 6.
At *facio* composita accuunt tibi posteriorem 7.
Composita ex *sis, sit*, postremam tollere gaudent 8.

1. *Mos.* 2. *Rôma.* 3. *Déus, dóctus, Rómæ.* 4. *Românus.* 5. *Rómano.* 6. *dómus.* 7. *benefácio.* 8. *benesis. malesit.*

Exceptiones.

1. Interrogatio accentum mutat. ut, quis furor O *cives?*

2. Differentia tonum transmutat in ultimâ, hinc quædam adverbia acuuntur. ut *eó, unâ* &c. Hæc tamen in consequentia orationis gravantur. *Ergô* pro *causâ* circumflectitur, aliàs acuitur. X *à & â* præpositiones postpositæ gravantur, ut, transtra *pèr* & remos:

4. Attractio tonum mutat, hinc voces encliticæ, *que, ve, ne*, & parelca, *dam, cum, dum, sis, nam*, accentum suum in syllabam præcedentem rejiciunt, ut *lauruſque, ubinam, adésdum. Quisque, ubique, itaque* & similia non sunt hujus loci, nam licet sunt voces compositæ, unam tamen rem significant, secus fit in *liminâque, lauruſque*, quæ valent, *& limina, & laurus.*

5. Concisio accentum mutat, cum dictiones per syncopen

pen aut Apocopen castrantur, tunc enim tonum retinent integræ dictionis ut *Virgĭli* pro *Virgilii*. Sic quædam syncopata circumflectunt ultimam, ut ablativi primæ declinationis in *A*. item omnes casus quartæ in *us* præter nominativum & vocativum singularis numeri. ut *pennâ*, *fructûs* pro *pennaa*, *fructues*. Item *Arpînâs*, *cujâs*, *nostrâs*, *perît*, *Deûm* & alia hujusmodi, pro. *Arpinatis*, *nostratis*, *cujatis*, *perivit*, *Deorum*. Item voces Apocopatæ circumflectunt ultimam, ut *dîc*, *dûc*, *hûc*, *donêc*, pro *dice*, *duce*, *hucce*, *donecum*, sed *cùm* adverbium gravatur pro *quum*.

6. Idioma tonum variat, hinc voces Græcæ, si iisdem planè literis proferantur, suum servant tonum, ut *Sophía*.

Nota. 1. accentûs nota nusquam ferè apponitur nisi differentiæ gratiâ, idque non tantùm in ultimâ, sed quandoque in aliis syllabis ut in *occido* & *occîdo*.

Nota 2. peregrinæ vocis tonus juxta Latinum accentum pronunciandus est.

FIGURÆ.

FIGURA eſt dictionis aut conſtructionis (de quibus ſupra) aut locutionis, quæ eſt ornamentum Oratorium, eſique *Tropus* & *ſchema*.

Tropus eſt mutatio vocis à propriâ ſignificatione in aliam.

Rem propter ſimilem *meta* fit *phora* verſio vocis 1.

1. Ut *vulpes* pro *aſtuto*, *ſcrupulus* pro *dubitatione aſinus* pro *ſtupido*.

Dico *metonymiam* cauſatum ſi vice cauſæ 1;
Adjunctum pro ſubjecto 2. contrave reponas 3.

1. *Pallida* mors quia pallentes facit 2. vina *coronant* id eſt pocula. impietas pro impio. 3. *Mars* pro bello. Teſtis eſt *Italia*. Pro Itali ſunt teſtes.

Cum pars pro toto 1. totum pro parte locatur 2.
Pro ſpecieque genus 3. contrave *Synecdoche* habetur 4.

1. *Puppis* pro navi, *tectum* pro domo. 2. aut *Ararim* Parthus bibet. Virg. pro partem Araris. 3. *Ventus* pro Euro. *ales* pro aquila *quadrupes* pro equo. 4. *Eurus* pro vento. *Parricida* pro homicida.

Dic *Allegoriam* durans ſi ſit tropus idem 1.

1. Quoniam *emerſiſſe* jam è *vadis*, & *ſcopulos prætervecta* videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus *curſus* oſtendetur. *Cic.* hic continatur Metaphora. Sine *Cerere* & *Baccho* friget *Venus*. hic continuatur Metonymia.

Illudens ſermo rectè *Ironia* feretur.

1. Sal

1. Salve *bone vir, curâsti probé.* Ter. nam qui sic dixit contrarium sensit.

Liptote erit quoties plus significans minus aio 1.

1. Munera *nec sperno* dulcis amice tua. Id est lubens accipio.

Multus ubique tropus *Metalepsis* voce in eâdem est 1.

1. post aliquot mea regna videns mirabor *aristas.* Virg. per *aristas* intellige spicas. Hinc synecdoche partis pro toto, *spica* pro segete est partis etiam pro toto. *Seges* pro messe est Metonymia subjecti pro adjuncto. *Messis* pro autumno est Metonymia adjuncti pro subjecto. *autumnus* denique pro anno, est synecdoche partis pro toto.

Notæ obscura rei est *Ænigma* Oratio quævis 1.

1. *Mater* me *genuit,* eadem mox *gignitur* ex me, significatur aquam in nivem converti. & ex eâdem rursus effluere.

Excessus fidei manifestus hyperbola fertur 1.

1. *Minus nihilo, nive candidior.* A

De Epitheto.

Perpetuam fixi naturam est mobile signans 1.

1. *Alma Ceres. tristia bella. Cauta vulpes.*

De Antonomasia.

APpellativum proprii vice sæpe locatur 1.

1. Magnanimus *Anchisiades,* pro Æneâ *Saturnia* pro Junone.

Quando intelligimus contrarium *Hypallaga* fertur 1.

1. Trade *rati ventos.* pro trade ratem ventis.

Hysteron est *Proteron,* postponas si ante locanda 1.

1. Et *torrere parant* flammis & *frangere* saxo, prius enim fruges saxo frangunt, quàm igne torrent.

Schema est mutatio vocis a vulgari consuetudine, in meliorem

liorem, quovis alio modo, quam Inversione significationis, estq; vocum vel rerum. *Schema* vocum est quod eandem vel similem vocem repetit.

Antanaclasis erit si ludas voce in eâdem 1.
Aut simili 2.

1. *Amari* jucundum est, si curetur ne quid insit *amari*
1. nunquam satis *dicitur* quod nunquam satis *discitur*.

Ploce est personam vox signans ingeniumque 1.

Ad illum diem Memmius erat *Memmius*, id est sui similis. Cum quædam meretrix (cum quâ *Augustinus* rem sæpe habuit) cubiculi ostium pulsâsset, dixissetque, aperi, nam *ego sum*. respondit ille, at ego non *sum ego*, id est qualis antea fui.

De Tautologiâ aut Synonymiâ.

Tautologos verbis variis rem signat eandem 1.

1. Non *sinam*, non *feram*, non *patiar*. *Ter.*

Si plures sensûs eadem principia sumant 1.

Dic Ana nempe *phoram*, ut, *te* solo in littore secum,
Te veniente die, *te* decedente canebat. *Virg.*

Plures sensûs verbo claudit *Epistrophe* eodem 1.

1. Pœnos populus Romanus justitiâ *vincit*, armis *vincit* liberalitate *vincit*.

De Epanalepsi.

Principio & fini versûs vocem dat eandem 1.

1. *Pauper* amet cautè timeat maledicere *pauper*.

Est *Anadiplosis* sensûs repetitio finis 1.

1. sequitur pulcherrimus *Astur*, *Astur* equo fidens.

Dictio format *Epizeuxin* cum vi geminata 1.

1. *Crux*, *crux*, inquam, infelici & misero.

E verbo in verbum *Climax* it pulchra figura 1.

1. Afri-

1. Africano *industria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos* comparavit. Fab.

Bella *Polyptoton* varii sit clausula casus 1.

1. *Littora littoribus* contraria *fluctibus undas* imprecor *arma, armis*, pugnent ipsiq; nepotes. Virg.

Verborum similis sit finis *Homœoteleuton* 1.

1. Ut ejus voluntatibus non modò cives *assenserit*, socii *obtemperârint*, sed etiam venti tempestatesque *obsecundârint*. Cic.

Esto Parezesis *talis repetitio finis,*
O fortunatam natam *me consule Romam.*

Schema *rerum est habitudo ipsius orationis aut sententiæ.*

Aurea dicetur quævis sententia *Gnome* 1.

1. *Minimè turpe est docere, quod honestum est discere.* Sen.

Rem circumloquimur fit quando *Periphrasis* aptè 1.

1. Dico me *ire, quo*, solent *saturi*. Plaut.

Ecphonesis erit mentis intentio quævis 1.

1. *O tempora! O mores!* Cic.

De Prosopopœiâ.

Est vitæ cassis personæ fictio quævis.

1. *Parve* (nec invideo) sine me *liber, ibis* in urbem. *Ovid.*

Quæstio *Erotema* est quævis in re manifestâ 1.

1. Patere tua consilia *non sentis?* quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, *quem* nostrum ignorare *arbitraris?* Cic.

Omne supervacuum *Pleonasmus* ritè vocatur 1.

1. sic *ore* locuta est. Vidi his *oculis.*

Est *para* nempe *bole* rerum collatio pulchra 1.

1. *Qualis* in Eurotæ ripis aut per juga Cynthi exercet Diana choros,, *Talis* erat Dido. Virg.

Ver-

Versus ad absentem dicetur Apostropha sermo 1.

1. Nec te tua plurima *Panthu* labentem pietas, nec Apollinis insula texit. Virg.

Aptum proverbûm festiva Paræmia fertur 1.

1. *Sus Minervam*, cum indoctus doctum docere aggreditur.

——— Si quid novisti rectius istis
Candidus imperti: si non, his utere mecum. Hor.

BRITISH 8 JU 80 MUSEUM

FINIS.

Testimonia Doctissimorum qui Grammaticam hanc pensitârunt.

In elaboratam Mri. Patricii Deixii Grammaticam.

KIRKWODUS dixit Latios plaudente coronâ
Reddere quâ possent ora *Britanna* sonos.
Seriùs egressus, parvâ comitante catervâ
Dexteriùs monstrans *Deixius* aptat opus. aptat opuꝫ
Deixius est dexter, nec eris *Kirkwode* sinister!
Scotia Grammaticis floreat usque suis.

Jo. Boerus, Ludimagister *Dalkethensis*:

In Grammaticam Deixianam Epigramma.

SCripsit *Aristoteles* naturæ interpres & artis
Grammaticam, armatâ *Cæsar* & ipse manu
Hellados & Latii duo lumina: ut ille Minervæ,
Artis hic, at seculi gloria uterque sui.

Nec

Nec Tulli, cujus tremuit Catilina ſecures,
Ars iſthæc ſtudiis inficianda tuis!
Hanc *Buchanane* colis, quo ſe mea *Scotia* jactat,
Cui negat Arctoo terra ſub axe parem.
Hâc tandem *Deixi* ſudas invictus arenâ,
Quo nemo hanc artem doctius excoluit.

Ninianus Paterſonus,
V. D. M.
Libertonenſis.

In Grammaticam doctiſſimi viri Mri. Patricii Dykes, metrice exaratam,

EXulet a ludis mœror, querulique faceſſant
Diſcentum gemitûs. rigui neque ſulcet ocelli
Gutta caduca genas, totus ſinus unde madeſcit:
Grammata quippe priùs cæcis obſcura latebris
Fatidici ſeu dicta Dei, nunc clara relucent
Eruta ſpelæis, parent tyronibus ipſis:
Pleraque perſtrinxit facili & ſermone ſoluto
Grammaticus doctus, fatum perpeſſus iniquum

Sin-

Singula non numeris recinens; his queſtibus omnem
Eripiens anſam, terſo modulamine duram
Materiam veſtis, ſic mente reponitur altâ
Sponte ſuâ: legis & permulto dicta labore
Aurea quæ mirum dant in terſuſa nitorem.
Cuncti alienigenæ cedant tibi, Scotica pubes
Exultans plaudat, tum quiſquis militat aureis
Caſtalidum caſtris certatim laudibus ornet.

Ja. Hoge,
Ex Scholâ
Sterlinenſi.

In elaboratam faciliq; & exacta methodo concinnatam *Patricii Deixii* Grammaticam.

QUæ diſperſa prius per mille volumina, lector,
Complexa exiguo codice cuncta vides.
Præterea ingenio ſic ſunt digeſta ſagaci
Ut lucem a primis poſteriora ferant.
Præceptis brevitas, brevitati nobile lumen
Additur, & metricis omnia juncta modis.
Dum ſic barbariem *Deixi* doctiſſime pellis
Acclamet *Phœbus Martia Roma patet.*

Gratitudinis ergô poſuit
JO. PRINGLE.
EDINBURGENUS.

In D. *Patricii Deixii* Grammaticam Latinam, αυτοσχεδιασμα ab amico Authoris fusum.

NEquicquam vano diducunt pectora questu
Mortales; veluti puteo felice Priores
Hausissent quodcunque potest cognoscier; ultra
Restat adhuc vigili nimium seges ampla labori:
Deixius exemplo est, valido molimine linguæ
Ausoniæ documenta, pio deprompta lacerto
Fontibus ex ipsis, rara brevitate recludens.
Fundamenta locans imo; quo possit in altum
Artibus eductis securum inducere culmen.
Dulcia Thespiadum sequeris seu castra sororum,
Concredasve animo sermonis lumina prorsi;
Seu placeant Senecæ vibrantia scita diserti,
Seu juvet annales venerandæ evolvere Romæ;
Sparsa hic repperies omni percommoda gustu,
Haud secus aeriæ stillantia fercula mannæ
Depluit in terras ubi largis imbribus æther
Demulsit placito variantia labra sapore.
Jam nihil ulvosis demum invidisse Batavis
Gerhardum est opus, aut soboli, sua *Lilia*, *Bruti*.
Quicquid *Nigidius* finxit, *Fabiusve* retexit
Velius aut voluit, tumuit quæque omnia *Scaurus*,
Quicquid delicium *Festus*, vel *Servius* offert,
Nobile bacchato fudit ve *Scioppius* ore,
Ætas prisca tulit, seclo purgata recenti
Hæc rimanti oculo selecta in pectore *Deixi*
Condideras, tandem majorique eruta nisu.

ALEX. CUNINGHAMIUS
litterarum humaniorum, in academiâ
JACOBI Regis *Edinburgenâ* Professor.

Menda ſic emenda.

IN titulo epiſtolæ pro Monarchiæ, *lege* Monarchæ. *pag.* 4. *lin.* 33. *p.* have, haſt. *l.* had, hadſt. *p.* 7. 29. *p.* dodebar, docebaris. *l.* docebor, doceberis. *p.* 10. *l.* 4. *p.* arbita, *l.* arbitratu. *p.* 20. *l.* 30. *p.* car. *l.* lar. *p.* 21. *l.* 12. ſit hæc linea in parentheſi. *p.* 22. *l.* 38. *p.* paltis. *l.* partis. ibid. *l.* 30. *p.* trux. *l.* frux. *p.* 23. *l.* 20. *p.* os *l.* as. *p.* 31. *l.* 20. *p.* verum *l.* rerum. *p.* 35. *l.* 18. *p.* domus. *l.* domis. *p.* 36. *l.* 9. *p.* queis *l.* quois. ibid. *l.* 18. *p.* declinantur *l.* declinatur. *p.* 37. *l.* 31. *p.* in primâ *l.* a primâ. *p.* 43. *l.* *p.* habe *l.* habeo. *p.* 47. *l.* 7. *p.* incerno *l.* inſero. ibid. *l.* 10. *p.* apo *l.* axo. *p.* 60. *l.* 14. *p.* mediocris. *l.* mediocri. ibid. *l.* 17. *p.* faſtidium *l.* faſtigium. *p.* 62. *l.* 13. *p.* t. & g. *l.* k. & g. *p.* 63. *l.* 8. *p.* finales *l.* finalis. ibid. *l.* 12. *p.* ab-d. *l.* ab-do *p.* 64. *l.* 32. *p.* obſolutam *l.* abſolutam *p.* 68. *l.* 22. *p.* cauſus *l.* cauſam. *p.* 69. *l.* 7. *p.* fixuu *l.* fixum. ibid. *l.* 25. pro antæ *l.* ante. *p.* 72. *l.* 31. *p.* per. *l.* par. *p.* 73. *l.* 17. *p.* me. *l.* ne. ibid. *l.* 24. *p.* affectum *l.* affectuum. *p.* 85. *l.* 22. *p.* vita *l.* vitia. *p.* 90. *l.* 19. *p.* utrumque *l.* utcunque. ibid. *l.* 22. *p.* una *l.* ima. ibid. *p.* *l.* 31. *p.* utrumque *l.* utcunque. *p.* 91. *l.* 2. *p.* ſementum *l.* ſementem. *p.* 95. *l.* 25. *p.* nuncias *l.* nuncius. *p.* 98. *l.* 7. *p.* tranſcendant *l.* tranſcendat. ibid. *p.* talis & *l.* talis es. ibid. *l.* 29. *p.* obſtitit *l.* obſtant, *p.* 116. *l.* 8. *p.* longeque *l.* longâq;.

EDINBURGH,

The twentieth day of *September*, 1679.

FOraſmuch as there being a Petition preſented to the Lords of His Majeſties Privy Council, by Mr. *PATRICK DYKES*, School-maſter at *Down*; Bearing, that he hath been at great trouble and pains, in Compiling and Compoſing a *Grammer*, which he hath taught for divers years bygone; and which hath received the Approbation of divers Perſons, ſkill'd in that Art: And therefore, humbly Supplicating, that he might have Licence for ſuch a ſpace as the Council ſhould think fit, for the ſole Printing of the ſaid *Grammer*, and all others diſcharged to Print or Import the ſame, during that ſpace, under ſuch Penalties as the Council ſhould think fit. The Lords of His Majeſties Privy Council, having conſidered the foreſaid Petition, with the opinion of the Lord Biſhop of *Edinburgh*, anent the ſaid *Grammer*, that the ſame is a work very worthy to be imprinted, in regard it may be of very good uſe for inſtructing Youth in the Principles of the Latine Tongue, and is repleniſhed with the moſt appoſite and elegant Examples, from the beſt Authors, for Illuſtrating of the Rules therein contained: Do grant Licence to the Petitioner, to Print the ſaid *Grammer*, compiled by him, for the ſpace of ſeven years, after the date hereof; and prohibits and diſcharges all other perſons to Print, or Import the ſame, or any Copies thereof, without Licence from the Petitioner, during that ſpace, under the pain of Confiſcation of the ſame to the Petitioner. Extracted by me,

BRITISH 8 JU 80 MUSEUM

WIL. PATERSON, Cl. Sti. Concilii.